

1242 luglio 6, Riva, in un terreno in località *Clay*.

Alcuni *vicini* di Riva, Pranzo e Cologna eleggono loro procuratori Ottobono di Stadaia e Rodolfino da Riva e Buontempo di Gambacorta da Pranzo col mandato di supervisionare e ordinare tutto il necessario riguardo al diritto della quarta parte dei cereali prodotti sul monte Englo.

Originale, ACR capsula 2 n. 15.

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, p. 8.

Pergamena in grave stato di abbandono. Estese abrasioni che spesso impediscono la lettura; i margini sinistro e destro sono qui e là slabbrati, lacerazioni con mutilazione del testo soprattutto nella parte finale.

(S) Anno Domini .M.CC. [XLII, indictione XV; die dominico]^a VI intrante mense iulio, in pertinentia Ripe, in quadam pecia terre ad [C]lay[um] penes ...^b que fuit condam ...^c, subt[us] via, presentibus Ma[r]tinell[o] sartore de Ripa et ****^d filio Vitalis, Forche de Pastaveo, Pele[grin]o de Secafeno et alliis testibus. Ibique Ottobonus de domino Galiciano, G[i]sle[m]us, Gracius, Capudniger Pelegrini, Martinus Slonta, Dominicus Lofranchi, Çampolinus, Orlandinus, Naxinbene, We[r]a et [eius] filius Wacil, Totoenda calderarius, G[racioll]us^e Remulori, Bonçagninus faber, Pax Martini de Leudro, Iohannes de Morio filius Lod..., V[ivio]nus Gavacii, Salvaterra de domina-ma, Dominicus Bontempi, Çanebelus ab Ospitale, Omnebonum Alberti, Odolricus Cermonde, Warimbertus ...^f ...-lus, Comarella calderarius, Iohannes Anto[li]ni, A[lber]tinus Bruxaferi, Rivanus a Doso, Olvr..., Del[a]ydu Bertoldi, Iohannes Garuy, Panellus, Brunus Pranci, Paneoleum, Ercius Stevaneli, Banbardus ...-li stagnardi, Floncolus, Paganinus Bonvexini et Boianus^g, omnes isti de Ripa; item Dominicus Secafeni, Martinus Dominici de Bocadasino, Petrus Secafeni, Rivanus Savorini, Iohannes Bocalade, Boniohannes Bocadaxini, Nigerbonus Prañcolini,^h Bonisigna Bocalade, Ottobonus nepos Prañcolini, Amabonus Maça, Pelegri[nus] Malfati, Graciolus Baxeti, Iohannes Malfati, Martinus Gusmeri, Bonaventura Sclaris, M[arti]nus Pelegrini Moure, Martinus Gambecurte, Dominicus Palme, Graciolus Gosmeri, Prañcolinus Bene[dicti], Iohannetus Malfati, Boniohannes Malfati, Calcarusa, Boçius, Boniohannes Maioli, Bontemp[us] [G]ambecurte, Piçolus Maioli, omnes de Prañço; item Boniçonus et Pelegrinus Adamini de Cologna; omnes suprascripti in concordio super rationibus quarti blavarum montis de Engolo fecerunt et constituerunt dominos [Otto]bonum Stadaie et Rodolphinum de Ripa atque Bontempum Gambecurte de Prañço presentes suos [nuncio]s et procuratores, ordinatores, actores et defensores ac ancianos ad supervidendum et ordinandum et contractandum totum super dictis rationibus dicti quarti inter eos, secundum quod eis tribus videbitur melioramentum fore, etiam et in petendo, luendo, exigendo et recipiendo, in placitis et extra placita ad suum arbitrium et voluntatem et omniaⁱ statuta et ordinamenta, et generaliter quicquid ipsi tres in concordia dixerint vel fecerint inter eos super hoc, tam in agendo quam in defendendo, in sententiam sive sententias audiendo et in omnibus necessariis faciendo, promisserunt eis per stipulationem sub ypotheca suorum bonorum ratum et firmum habere et non contravenire. Quibus omnibus suprascriptis peractis predicti domini Ottobonus et Rodolphinus et Bontempus in concordio, de voluntate omnium personarum suprascriptarum presentium, tale ordinamen[tum], secundum quod inferius continetur, fecerunt et statuerunt quod quilibet suprascriptorum presentium et aliorum absentium habentium fractas vel blavas in monte ...is Engoli [perti]nentes ad dictas rationes quarti debuissent iurare hinc ad proximos octo dies^j h[abere] in memoria bona fide et custodire eas blavas omnes qua^k habuerint de dicta ratione fractarum, ad hoc quod posint redere et assignare eis ancianis vel eorum misis super hoc electis suas rationes que sibi ad dandas evenerit de dicto quarto [i]d quod eis fuerit impositum de dicto quarto, debeant solvisse et assignasse conductoribus hinc ad proximum festum sancti Bertolamei vel

^a Abrasione colmata sulla base del regesto del Tovazzi.

^b Abrasione di due parole.

^c Abrasione di una parola, cioè del nome del defunto possessore dell'apprezzamento; leggibile: Cag...d...gare.

^d Lacuna di una parola, cioè del nome del teste.

^e Abrasione del nome del teste, colmabile con Graciollus (vedi p. 22).

^f Abrasione di una parola.

^g et Boianus sopra il rigo.

^h Prañcolini nel ms.

ⁱ ordin cassato.

^j habere cassato.

^k Così nel ms.

infra, nisi remanserit verbo eorum [anci]anorum tantum, et hoc sub pena V solidis denariorum Veronensium pro quolibet non amendente, p[ena] sol[uta], et postea amendare ita tamen quod si aliquivis suprascriptorum presentium et aliorum [a]bs[entium] hab[entium] de dictis fractis non iurasset infra dictum terminum, tamen [debeat] dare et solvere quartum blavarum eisdem ancianis vel suis misis, tali [modo] [quod] quilibet eorum predictorum qui iuraverit, et sub pena V solidis Veronensium, pena soluta et p[ostea] [amendare] et tociens qu[o]tiens contrafecerit vel non amenderit, facere et exercere omne [ordinament]um sibi inpositum per dictos ancianos super predi[c]tis et ...¹ [face]re, ad eorum ...^m ad voluntatem dicte societatis; unde continenti ... [omnes] ... presentes ad sancta Dei ewangelia secundum formam suprascriptam sacramenti amendare iura[verunt] dicti anciani dominus Ottobonus et Rodolphinus et Bontempus de concor[dia] [omnium] hominum presentium, eligerunt Çanebelum ab Hospitale, Ottobonum Galiciani, [Pacem de] Martino, Rivanum [a] Doso consiliatores illorum trium, et Rivanum G[a]mbam et Dominicum Dentem et etiam Pelegrinum Malfati luitores et coligitores dicti quarti blavarum pro eis tribus ancianis et****ⁿ Albertinus Madi et Nicolaus Ranbaldi.

Ego Ottobonus domini Federici Romanorum regis notarius his omnibus suprascriptis interfui rogatus et scripsi.

Isti sunt illi qui postea dictos ancianos et omnia ordinamenta, sicut in [carta] ab Ottobono notario continetur, confirmaverunt et amendare iuraverunt^o: Calapinus Avostini, Iacobinus Lay, Leuterius de Leudro, Petrus Pranoni, Muga ...^p Borçagini de Ripa, Boniohannes Ofe, Dominicus Gambecurte, Çanbonus Acerbi de Pranço, Ri[vani]nus Adelperii, For... de Pra[nço], ...pa, Iohannes Barberii, F..., [Amabonus M]aça, Omodey q..., [Man]jera, Amabonus Sorne, filius Iohannis Bocalade de Cologna, Riprandus Cigala, [Vi]vionus Pelegrini de Gavacio, Delaydus Droy, Martinus Dominici de Gavacio, [Iaco]binus Cologne, Bonagieus de Ripa, Iacobinus Armani, Io[hann]inus Baxeti, [Boni]signa B[ri]xine^q, Petrus Barberii et Martinus Gosmeri.

¹ Abrasione di una parola.

^m Abrasione di due parole.

ⁿ Spazio bianco corrispondente a ca. tre righe di testo, alla fine del quale, sopra la sottoscrizione notarile, compaiono i due antroponimi di seguito.

^o Ognuno dei nomi seguenti è preceduto da un segno di incipit.

^p Lacuna di una parola, cioè di parte del nome; forse colmabile con Lerça. Segue lacuna di 7 cm. dovuta ad una lacerazione e mutilazione della pergamena che interessa anche la riga sottostante.

^q Lettura incerta

1245 marzo 16, Arco, nella piazza della pieve.

Adelperio del fu Federico d'Arco, nella controversia vertente tra la pieve di S. Maria di Riva, rappresentata in qualità di sindaci-procuratori dall'arciprete Calapino e dal prete Domenico, e Marceto e Riprandino, figli del fu Ponzone da Arco, riguardante la proprietà di un prato posto al Brione, in località *Gurgi*, emette una sentenza di condanna dei due fratelli archesi cui ordina di restituire il prato alla pieve rivana e di pagare 50 soldi di piccoli veronesi per le spese processuali.

Originale, ACR capsula 2 n. 84.

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, p. 38.

La pergamena è in grave stato di abbandono.

(S) In Christi nomine. Die iovis XVI exeunte marci[o], in Ar[co], in platea plebis, in presentia domini Adelprei capetanei [ca]stri Arci, domini Enrici condam domini Federici de Arco, Bov[ol]chini de Madruçio et Belomi condam Cervi et Cala[pini] ...-ri^r dicti loci et aliorum testium. Ibique dominus Adelperius condam domini Federici de Arco, ex iurisdiccione sua et suorum fratrum,, cognoscens causam que vertebatur inter dominum Calapinum archipresbiterum et dominum presbiterum Dominicum syndicos^s et procuratores plebis Sancte Marie de Ripa pro ipsa ecclesia [et] pro suo capitulo ilius ecclesie petentes ex una parte, et inter Marcetum et Riprandum filios condam domini Ponçonis de Arco se defendentes ex altera; in qua quidem causa petebant predicti syndici unam peciam terre prativam^t que^u iacet in Brio^v, in loco Gurgi, coheret ei sic: a mane et a meridie Iohannes Otonis, a sero via, a monte dictus Marcetus^w, a predictis Marceto et Riprando dicentes dictum pratum ese iuris dicte ecclesie Sancte Marie plebis Ripe; ad quod respondebant predicti Marcetus et Riprandus quod dictum pratum [lit]is restituere nec dimittere eis sindicis nolebant, dicentes dictum pratum ad eos emptionis iure pertinere; unde super hoc vassis et auditis et cognitis rationibus, alegationibus et testibus et instrumentis utriusque partis i[nd]e productis, habito super his sapientium consilio, talem in scrip[tis et] dictis dictus dominus Adelperius protulit scentenciam, quia condemnnavit per sentenciam dictos fratres Marcetum et Riprandum in restitutione ...^x dicti prati litis facienda dictis sindicis pro ipsa ecclesia hinc ad .X. dies, et quia victus victori in expensis est condemnandus, dictus dominus Adelperius condemnnavit in sentencia dictos fratres, Riprandum presentem, hinc ad .XV. dies proximos in L solidis Veronensium parvorum, expensis factis in hac causa dandis et solvendis ipsis sindicis, facta hinc inde tasatio[n]e. Actum est hoc anno Domini .millesimo.CC.XLV., indictione tertia.

Ego Martinus sacri pallatii notarius interfui et [ex] precepto domini Adelperii scripsi.

^r Rasatura di una parola, cioè della paternità.

^s sindici nel ms.

^t prativa nel ms.

^u in cancellato con punti sottoscritti.

^v Leggi Briono.

^w Lettura assai incerta a causa di una grave rasatura.

^x Rasatura di una parola.

1246 novembre 25, Riva, nella via della regola di Basone.

1246 novembre 28, Riva, nella via della regola di Basone.

Poiché Martino, sindaco del comune di Riva, aveva designato a Omodeo da Ceole la regola di Basone e intendeva designargli anche le contrade di Vismano e di S. Andrea delimitandone i confini, riguardo a cui era sorta tra loro una controversia, Omodeo si dichiara soddisfatto di tale designazione.

Il sindaco del comune di Riva e Omodeo da Ceole concordano di procrastinare il termine stabilito per il placito che riguardava la controversia tra loro vertente riguardo alle suddette regole.

Originale, ACR capsula 2 n. 86.

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, pp. 39-40.

Pergamena in buono stato di conservazione.

(S) Anno Domini millesimo ducentesimo XLVI, indictione quarta, die dominico VI exeunte novembri, in pertinentia Ripe, in via regule Basoni, presentibus Alberto Marquardi, Rivano Çagnini, Bocagno de Ceulis et Delaydo Bertoldi de Tralino et Omnebono Rubeo de Tralino et alliis. Ibidem cum dominus Martinus syndicus hominum et comunis Ripe presential[iter] designasset Homodeo de Ceulis presenti dictam regulam Basoni, et ab aqua ridi que vadit ious ad Sanctum Thomasium infra versus castrum de Ceulis et versus regulam de Ceulis, et voluisset ac volebat eidem Homodeo designare alias contratas et pertinentias Vismani et Sancti Andree, et totum a dicto rido aque in sursum versus plebatum Archi et versus Campaneam, sicut trahunt confines dictarum regularum Basoni et Vismani et Sancti Andree et totum a dicto rido infra, ut dictum est superius, unde questio est inter dictum syndicum et eundem Homodeum, idem Homodeus in instanti contentus et manifestus fuit omnia suprascripta sibi fore designata per dictum syndicum et ea suprascripta omnia bene pro designata habebat a dicto sindaco, quoniam dicebat se nole amplius dictum syndicum nec suprascriptos testes fatigare ad tempradum nec ad pistadum terram nec pisinam.

Postea, die mercurio tercio exeunte novembri, in pertinentia et plebatu de Ripa, in via iuxta regulam Basoni, presentibus Petro notario, dominis Sauro et Alberto fratribus et alliis. Ibique dictus syndicus de Ripa et dictus Homodeus de Ceulis in concordio prolongaverunt terminum hinc ad proximum diem lune venture de placito quod vertebatur inter eos de suprascriptis regulis in tali statu et tantum valeat quemadmodum [val]et et valebat die iovis proximo quia per dictum iudicem fuerat statutus.

Ego Ottobonus domini Federici Romanorum regis notarius interfui et scripsi.

1247 agosto 20, Riva, davanti alla casa dei preti e alla chiesa di S. Maria.

Convocato il consiglio comunale di Riva, Alberto figlio di Alberto e Faustino del fu Azolino da Riva, vicarii di Lanzaroto di *Augarde*, podestà di Riva, a nome della comunità di Riva promettono di saldare a Federico di Cirixolo, entro la prossima *quindecima* di S. Michele, il debito di 50 lire di denari veronesi contratto dalla comunità per pagare la *pegola*, il legname, la mano d'opera e le altre cose necessarie alla costruzione di una nuova *ganzerà* e al restauro di una *ganzerà* vecchia del comune.

Originale, ACR capsula 2 n. 71

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, pp. 30-31.

Pergamena in pessimo stato di conservazione.

(S) Anno Domini millesimo ducentesimo XLVII, indictione V, die XII exeunte agosto, in burgo Ripe, ante domum presbiterorum et ecclesiam Sancte Marie, presentibus Martino domini Nicolay, Ottobono domine Stadaie, Martino viatore et aliis. Ibi in consilio more solito pulsato tintinabulo coadunato, dominus Albertus de domino Alberto et Fostinus condam Açolini de Ripa, vicarii domini Lançaroti de Augarde potestatis Ripe, tamquam vicarii pro comunitate de Ripa^y et etiam princippaliter pro comuni Ripe, obligaverunt creditorio iure pignoris omnia sua bona et comunitatis Ripe presentia et futura et seu se poscidere, manifestando promisserunt per stipulationem, remissa omni occasione et defensione, dare et solvere Federico de domino Cirixolo vel eius nuncio hinc ad proximam quindecimam sancti Michaelis venturam vel in aliis terminis in concordio sibi mutatis, denariorum bonorum Veronensium quinquaginta libras cum omnibus dampnis et expensis sibi creditori resarciendis^z quas ipse creditor fecerit et quod patietur in cibo, potu et ventris equi et equorum et omnibus aliis modis pro suprascriptis denariis omnibus, et in parte pro sorte et expensis et expensarum expensis recuperandis in suo dicto sine sacramento, si non amenderint vel contra fecerint, nominatim pro aliis totidem denariis quos dicti vicarii pro dicta comunitate de consilio et voluntate dicti consilii, pro solvendo pegolam et lignam[ina]^{aa} et laborem et alia necessaria ad faciendam unam gançeram novam et pro refficiendo alteram unam gançeram veteram comuni, contenti et m[ani]festi fuerunt ibi ab eo Federico creditore^{bb} mutuo accepisse, renunciantes exceptioni non date et numerate peccunie et exceptioni^{cc} [do]li ... mali aut in factum. Unde de toto suprascripto omni occasione et defensione remissa Rodolphinus domine ...te^{dd}, dominus Waldellus, dominus Cirixolus, Albertus Marquardi, Amator de Ripa, Omnebonum Pasironi, Bellotus Coa, Marquardus domini Videsti, Delaydus Bocarani, Aldrigetus domine Marie, Belletus Flordebelle constitu[erunt] se fideiussore et principales esse debitores renunciantes exceptioni quod principales debitores prius sint conveniendi quam fideiussore.

Ego Ottobonus domini Federici Romanorum regis [notarius interfui rogatus et scripsi].

^y de Ripa *ripetuto*.

^z quod et *cassato*.

^{aa} *Piccolo foro che si estende anche nella riga seguente.*

^{bb} *Due parole cassate.*

^{cc} non date *cassato*.

^{dd} *Lettura incerta.*

1249 gennaio 15, Riva, 'al Brione di sopra, presso il Credaccio'.

Lazareto del fu Riprando da Arco restituisce all'arciprete Calapino e ad altri chierici della pieve di S. Maria di Riva due appezzamenti di terra arativa posti 'al Brione superiore, presso il Credaccio', che lo stesso Lazareto e i suoi predecessori avevano avuto in locazione dalla pieve stessa.

Originale, ACR capsula 2 n. 48.

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, p. 20.

Pergamena in buono stato di conservazione.

(S) In Christi nomine. Die veneris .XV. intrante ienario, in plebaticu Ripe, ad Brionum Superius, aput Credacium, presentibus Amico bechario de Ripa et Delavancio condam Marcii eiusdem loci testibus rogatis. Ibique Laçaretus condam Riprandi de Arco asignavit dominis Calapino archipresbitero plebis Sancte Marie plebis Ripe, et pre Dominico, ac Viviono, Basalico, Antolino, et Françisco clericis et confratribus eiusdem ecclesie, ipsis asignacionem petentibus, duas pecias terre arrathorie^{ee} que iacent in predicto loco et pertninenciis; prime quarum pecie coehret a mane Ranuç de Arco, a sero Archebelus eiusdem loci, a meridie via plubica^{ff}, a nuora Sosiola; allie vero pecie terre choeret a mane dicta ecclesia Sancte Marie de Ripa, a sero Meç Caç de Arco, a meridie via plubica, a nuora filii condam Merii; quas suprascriptus Laçaretus laboraverant et sui antecesores a predicta ecclesia Sancte Marie de Ripa retiendo eidem ecclesie certam quantitatem ficti annuatim.

Anno Domini millesimo ducentesimo XLVIII, indictione septima.

Ego Iacobinus filius domini Amatoris de Ripa sacri pallatii notarius interfui et rogatus hanc scripsi^{gg}.

^{ee} Abbreviazione così sviluppata sull'esempio dello stesso termine scritto per esteso nel doc. successivo (cfr. n. 26).

^{ff} Sempre così nel ms. e nell'usanza del notaio (cfr. anche il doc. successivo, n. 26). Intendi publica.

^{gg} La s maiuscola stile capolettera e con un segno verticale al centro.

1249 febbraio 1, Riva, sopra la canonica della pieve di S. Maria.

Calapino, arciprete della pieve di S. Maria di Riva, alla presenza dei chierici della chiesa rivana, concede in locazione per 12 anni a Mazola del fu Tenpo di Texadro da Varignano della pieve di Arco un appezzamento di terra arativa posto nel territorio di Arco, in luogo detto *Saleto*, e un olivo, posto anch'esso ad Arco, in località *Picia*, ad un canone annuo di mezza galeta di frumento, più la metà di tutte le olive, da consegnare nel giorno di S. Michele.

Originale, ACR capsula 2 n. 64.

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, pp. 27-28.

Pergamena in cattivo stato di conservazione. L'inchiostro è in alcuni punti molto scolorito.

(S) In Christi nomine. Die lune primo februarii, in burgo Ripe Tridentine diocesis, super canonica Sancte Marie plebis Ripe, presentibus Isolano filio domini Gaudeli de Insula, Çigalphico Teberoso et Scolari de Teno testibus rogatis. Ibique domini Calapinus archipresbiter^{hh} dicte plebis Sancte Marie de Ripa et pre Dominicus, presentibus et consencientibus ac loquelam dantibus suis fratribus Viviono, Antolino, Basalico et Françisco filio domini Sauri clericis, et confratribus eiusdem ecclesie, nomine locacionis et conducionis hinc ad .XII.ⁱⁱ annos expletos investiverunt Maçolam condam Tenpi Texadri de Vargnano de una pecia terre arrathorie que iacet in pertinenciis Arci, in loco ubi dicitur Saletum, coheret ei a mane filius Luterii, a sero Benevenutus, a meridie Simeonus, a monte Guilielmus condam Bevolchi, et de [un]a arbore ollive que iacet in dictis pertinenciis, cum abpendiciis suis, in loco ubi dicitur Picia; choeret a mane Iohannes condam Tenpi, a sero roncus Sancti Benedicti, a meridie Bonaçius condam Balbi, a monte via plubica. Talli vero modo et ordine fecerunt predicti locatores iamdictam locacionem et investituram quod prenominatus Maçola^{jj} suique heredes habere et tenere debeant dictas res locatas a suprascriptis locatoribus et eorum subcesoribus ac a dicta ecclesia hinc ad dictum terminum, ad bene laborandum et meliorandum, dando et solvendo omni anno^{kk} predictis locatoribus in festo beati Michaelis mediam galletam boni et pulcri furmenti^{ll} ad galletam Ripe et medietatem totius ollive habite in predicta arbore, et conducere ad dictam plebem suis expensis; promiserunt autem dicti locatores per se suosque subcessores et dictam ecclesiam dictas res locatas ab omni persona cum racione defendere, warentare et expedire, dando sibi licenciam intrandi tenutam. Quidem^{mmm} dicti contraentes penam .X. solidis Veronensium parvorum inter se posuerunt ut si quis ex ipsis non atenderit vel non det alteri observanti dictam penam, et pena soluta post ea attendere sub eadem obligacione pene, ita quod pena semel et pluries comitatur et ...as comissa fuerit ...ⁿⁿ -gi possit similiter et sepedicti et alibi uno anno et capitulo non atende.. et quociens contrafacerit ... cum omni dampno et discordio et expensarum expensis faciendis pro dictis omnibus exigendis tam in placito quam denariis sub obligacione bonorum dicte ecclesie et ... dicti conductoris et utraque pars pro altera se possidere manifestavit.

Anno Domini millesimo ducentesimo XLVIII, indictione septima.

Ego Iacobinus filius domini Amatoris de Ripa sacri pallatii notarius interfui et rogatus hanc scripsi.

^{hh} archipresbiter nel ms.; segue dice cassato.

ⁱⁱ a abbreviata per annos sopra il rigo, poi ripetuto per esteso.

^{jj} Maçola sopra il rigo.

^{kk} anno sopra il rigo.

^{ll} Così nel ms.; forse lapsus per frumenti.

^{mmm} Lettura incerta per abrasione. Sopra il rigo compare un segno, forse s, di incerta interpretazione.

ⁿⁿ Lacuna di tre parole.

1251 gennaio 13, Riva, davanti alla chiesa di S. Maria.

Calapino, arciprete della pieve di S. Maria di Riva, alla presenza dei preti della pieve, concede in locazione perpetua a Pellegrino del fu Torsa da Arco un appezzamento di terra arativa posto al 'Brione di sopra' al canone annuo di una galeta di frumento alla misura di Riva, da versare nel giorno di S. Michele.

Originale, ACR capsula 2 n. 68.

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, p. 29.

Pergamena in buono stato di conservazione.

(S) In Christi nomine. Die .XIII. intrante ianuario, in Ripa, ante ecclesiam Sancte Marie plebis, in presentia ser Iohannis de Passirone, Bertandi condam Bevolci qui fuit de Arco et ser Martini notarii de Arco et aliorum testium. Ibique dominus Calapinus archipresbiter plebis Sancte Marie^{oo} de Ripa, presentibus et consencientibus ac parrabolam^{pp} dantibus domino Dominico presbitero^{qq}, Viviono, Antolino, Francisco et Bassaliquo confratres^{rr} dicte plebis et pro ipsa ecclesia nomine locacionis in perpetuum investivit Pelegrinum condam Torse de Arco de quadam pecia terre aratorie iacente ad Brionum de super, cui coheret e uno latere heredes condam Falceneti et ex alio dictus Pellegrinus et ambobus capitibus via publica, et si que ibi allie sunt coherentie, et eum conductorem in tenutam ingredi iussit. Tali quidem pacto predictus locator predictam locacionem et investituram fecit quod predictus conductor eiusque heredes habere et tenere debeant a predicto locatore et suis sucessoribus ad melliorandum et non ad deteriorandum et ex inde dando et redendo fictum omni anno in festo sancti Micaellis vel ad .VIII. unam galletam boni et pulchri frumenti ad rectam mensuram Ripe secundum usum ficti et conducere ad domum predicti locatoris et suis sucessoribus, et si eo die fictum non solverit vel infra .XV. in duplum prestet et nisi induplaverit emendet penam inferius scriptam. Et liceat conductori eiusque heredibus ius suum vendere et donare et pro anima iudicare cui voluerit exceptis servis, **pall...**^{ss}, familiis, potentibus, millitibus, ospitalis, ecclesiis et locis religiiosis. Et si predictus conductor eiusque heredes ius suum vendere voluerit, primitus suprascripto locatori et suis confratribus et suis sucessoribus denunciaret et eis .X. solidos ad minus dare debeat quam alliqui^{tt} allie persone, de eo quod^{uu} in rey veritate habere poterit vellentibus emere, sinautem trassactis^{vv} .XXX. diebus facta denunciacione, prius det et vendat cui voluerit^{ww}, exceptis predictis personis et locis, set det et vendat tali persone quod non inpediat dictum locatorem nec suos confratres nec suos sucessores de sua racione, et si predictus locator proprietatem dicte locacionis vendere voluerit illude^{xx} idem predicto conductori eiusque heredibus facere debeat, promittens^{yy} quoque cum stipulacione predictus locator per se suosque sucessores dicto conductori eiusque heredibus predictam locacionem semper, omni tempore, defendere et warrentare et expedire ab omni persona contradicente cum racione sive inpediente ad eius expensas. Allia super inpossita inter eos fieri non debent de quibus vero penam inter se composuerunt ut, si quis ex ipsis aut eorum sucessoribus vel heredibus predictam locacionem bolere^{zz} sive dimittere voluerit et pactum ceu^{aaa} ut supra legitur, in integrum atendere noluerit tunc debeat pars parti pactum oservanti emendare .XL. solidos Veronensium pro omniquoque capittulo non observato nomine pene pena vero soluta nichilominus atendere.

Factum est hoc anno Domini millesimo .CC. L. primo, indictione VIII.

Ego Albertus sacri pallatii notarius interfui et rogatus scripsi.

^{oo} plebis cassato con due punti sottoscritti

^{pp} parrabola nel ms.

^{qq} Il segno per r cassato

^{rr} Così nel ms.

^{ss} Lettura incerta, forse palliatius?

^{tt} Così nel ms.

^{uu} in veritate cassato

^{vv} Così nel ms.

^{ww} voluerit ripetuto

^{xx} Così nel ms.

^{yy} cum sopra il rigo e stipulacione sul rigo entrambi cassati

^{zz} Leggi abolere

^{aaa} Così nel ms.

1251 maggio 3, Riva, nella canonica, sopra il *solario* dei preti.

Vizardino del fu Pietro da Arco, dopo aver dichiarato di aver ricevuto 4 lire di piccoli veronesi dall'arciprete Calapino e da altri chierici della pieve di S. Maria di Riva, restituisce in forma di vendita alla pieve stessa due appezzamenti di terra posti 'al Brione Superiore', affermando che questi erano stati lavorati dal defunto suo servo Riprando, che per essi pagava un affitto annuo alla chiesa di Riva.

Originale, ACR capsula 2 n. 80-b.

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, p. 34.

Pergamena in buono stato di conservazione.

(S) Anno Domini millesimo ducentesimo .L. primo, indictione VIII, die tercio intrante madio, in Ripa, in canonica, super solario presbiterorum, presentibus dominis Sauro domini Alberti de Ripa, Petro iudice de Vicencia, Tuca de Arco testibus rogatis et alliis. Ibique Viçardinus^{bbb} filius condam domini Petri de Arco contentus et manifestus fuit se recepisse a dominis Calapini archipresbitero plebis Sancte Marie de Ripa, presbitero Dominico, Viviono, Antolino, Basalico et Françisco eiusdem ecclesie clericis dantibus et solventibus pro se et vice et nomine eiusdem ecclesie .III^{or}. libras Veronensium parvorum, renuncians exceptioni non dati et numerati precii, set illud precium in se habere dixit; pro quo vero precio idem Viçardinus pro se et fratribus suis et pro Bonaventura, Nova et Beleta suis ancilis, filiis condam Riprandi Redolfi Noxe olim eius servi, promitens quod faciet fratres suos et eius ancilas laudare et confirmare, et hoc idem facere dedit, cesit, tradidit atque refutavit suprascripto archipresbitero et eius confratribus pro suprascripta ecclesia recipientibus omne ius suum, rationes et actiones quod et quas ipse et eius fratres et ancile superius nominate haberent vel habere videntur in duabus peciis terre iacentibus ad Brionum Superius; coheret prime pecie terre Albertinus domini Petri a mane et a meridie via, a sero heredes Bochini, a nuliore Nicolaus Sisiole; coheret secunde pecie terre aratorie a mane dicta ecclesia Sancte Marie de Ripa, a sero Meç Caç, a meridie via plubica, a nuiore filii condam Meri, forte et alii coherent; secundum quod predictus Riprandus condam^{ccc} eius servus et filie predicti Riprandi eius ancile et Laçaretus filius prenominati Riprandi habuerunt et tenuerunt a dicta ecclesia iure locacionis, ut dicunt, redendo dictis^{ddd} certum fictum anuatim, salvo iure ipsius ecclesie si dictus Viçardinus non bene designasset predictam terram quam designare debet, tali modo quod ipsi archipresbiter et confratres debent petere et causari^{eee} superfluum quod non esset eis designatum, et ipse Viçardinus debet eos iuvare et querere et expedire totum superfluum suis expensis; dicens dictus Viçardinus se et suos fratres pro se et pro dictis suis servis ius in se^{fff} habere in predictis terris et nulli alii^{ggg} dedisse, alienasse seu obligasse predictum ius nisi suprascriptis clericis recipientibus pro suprascripta ecclesia pro dicto precio, et si dictum ius ultra predictum precium valeret, totum id quod ultra valet idem Viçardinus predictis clericis pro suprascripta ecclesia recipientibus nomine donacionis que dicitur inter vivos donavit; que donacio nulla ingratitudine iritari seu revocari debead^{hhh}, nec ex eo quod sit in mensa vel quod non sit actis insinuata; renuncians etiam ipse Viçardinus quod non possit uti quod animo vendendi potius quam animoⁱⁱⁱ donandi donavit, set dicta donacio apud predictos clericos et ecclesiam firmam^{jjj} et incorruptam permanead, constituens se idem Viçardinus pro se et fratribus et pro dictis ancilis suis dictum ius, rationem et actionem et donacionem pro dictis clericis et ecclesia posidere, dans eis licentiam ut sua actione inirent in tenuta et posesione et eis intrantibus eam possessionem eis dimittit, dat et deserit; promitens sepe dictus Viçardinus pro se et fratribus suis et pro prenominis^{kkk} filiis condam Riprandi eius servi suprascriptis archipresbitero et clericis pro dicta ecclesia recipientibus, predictas pecias terre, iura, rationem et actionem et donacionem superius nominatas varentare et defendere omni ratione ab eis inpediente vel contradicente persona quantum pro suo facto et fratrum et pro facto filiorum predicti Riprandi condam eius servi, sub pena tocius dampni^{lll} et interesse, et quod faciet filios et filias prenominati Riprandi condam eiuis servi remitere et

^{bbb} Vicardinus *nel ms.*

^{ccc} condam *sopra il rigo.*

^{ddd} Corretto su dictorum.

^{eee} Così nel ms. Nell'atto precedente la stessa formula aveva causare.

^{fff} in se *sopra il rigo.*

^{ggg} Così nel ms.

^{hhh} Così nel ms.

ⁱⁱⁱ animo *sopra il rigo.*

^{jjj} firma *nel ms.*

^{kkk} pre pronominatis *nel ms.*

^{lll} dapni *nel ms.*

refutare predictas pecias terre superius nominatas suprascriptis clericis pro dicta ecclesia recipientibus et eas dimittere expeditas, sub pena .C. solidorum Veronensium; que pena tociens possit peti et exigi ab ipso Viçardino per partem ecclesie et clericorum, tociens ipse Viçardinus non amendet id quod supra dictum est et, pena soluta, nichilominus amendare teneatur et quod pena comitatur pro colibet^{mm} capitulo non observato, et si predicti archipresbiter et clerici pro dicta ecclesia aliquas expensas in augendo vel in defendendo vel petendo ea que supradicta sunt fecerint vel aliquod dampnum inde paterentur, ipse Viçardinus ipsis clericis pro ecclesia recipientibus totum reficere et restaurare promisitⁿⁿ, credens de dampno et expensis solo suo dicto sine sacramento et alia probacione, renunciando ipse Viçardinus privilegio fori et omni legum auxilio et iuri sibi competenti, tali modo quod si ipse Viçardinus non amenderet ea que supradicta sunt, quod ipsi clerici possint eum convenire ubicumque voluerint, et pro omnibus suprascriptis amendendis et observandis predictus Viçardinus predictis clericis obligavit se et omnia sua bona mobilia et immobilia que nunc habent vel de cetero acquirere debet, et specialiter supelectilia et ea que de generali obligacione tacite excipiuntur; que bona pro suprascriptis clericis se possidere manifestavit constituit, non probando aliquid contra hec que superius dicta sunt, nisi per cartam manu notarii bone opinionis factam cum quinque testibus idoneis intus, et si aliter probaretur quod valere non debeat.

Ego Bernabeus domini Federici Romanorum imperatoris notarius interfui rogatus et scripsi.

1251 maggio 7, Riva, ‘presso Credaccio, al Brione Superiore’.

Vizardino del fu Pietro da Arco indica all’arciprete Calapino e ad altri chierici della pieve di S. Maria di Riva i due appezzamenti di terra posti ‘al Brione Superiore’ che in precedenza aveva restituito in forma di vendita alla pieve stessa.

Originale, ACR capsula 2 n. 80-a.

(S) Anno Domini millesimo ducentesimo .L. primo, indictione VIII, die VII intrante madio, in pertinentia Ripe, apud Credacium ad Brionum Superius, presentibus Iacomino Fiastro condan Petri de Pranono et Omnebono filio Arpi et Bertoloto filio Gracii et Bonesigna condan Tochi testibus rogatis. Ibique Viçardinus de Arco designavit duas pecias terre iacentes in Briono Superiori domino Calapino archipresbitero et presbitero Dominico et Viviono, Basalico, Françisco clericis ecclesie plebis Sancte Marie de Ripa recipientibus pro ipsa ecclesia; quibus terris coheret, prime pecie terre a mane^{ooo} Albertinus domini Petri, a meridie via, a sero heredes Bochini, a nulora Nicolaus Sosiola; secunde pecie a mane dicta ecclesia, a sero Meç Caç, a meridie via plubica^{ppp}, a nuiora filii condan Meri^{qqq}; et quas pecias terre dicit idem Viçardinus quod Riprandus condan eius servus et eius filius et filie, silicet Bonaventura et Nova et Beleta et^{rrr} Laçaretus eius filius et filie consueverunt tenere dictas pecias terre a dicta ecclesia, redendo certum fictum anuatim, salvo iure ipsius ecclesie si ipse Viçardinus non bene designasset totam terram quam ipsi servi sui tenebant a dicta ecclesia, tali modo quod suprascripti archipresbiter et clerici et eorum succesoris pro i[psa]^{sss} ecclesia possint et debeant petere et causare superfluum quod non esset eis designatum contra quamlibet posidentem; promissit etiam idem Viçardinus suprascriptis archipresbitero et clericis pro ipsa ecclesia recipientibus, quod adiuuabit eos querere et expedire predictum terrenum superfluum quod non esset eis designatum, suis expensis, quandocumque ei fuerit requisitum per amministratoris dicte ecclesie, et hoc sub pena .C. solidorum, que pena tociens comitatur tociens dictus Viçardinus non amendet vel observabit ea que superius dicta sunt; et pro omnibus suprascriptis amendendis idem Viçardinus suprascriptis archipresbitero et clericis pro dicta ecclesia recipientibus, obligavit omnia sua bona mobilia et immobilia que nunc habet et de cetero acquirere debet, et specialiter ea que de generali obligacione tacite excipiuntur; que bona idem Viçardinus pro dictis clericis et ecclesia possidere manifestavit et constituit; quas^{ttt} pecias terre idem Viçardinus vendiderat^{uuu} et dederat ius suum suprascriptis clericis, ut per me notarium scriptum est.

^{mm} Così nel ms.

ⁿⁿ proisit nel ms.

^{ooo} Da a mane Albertinus a condan Meri la scrittura si fa più compressa e le due righe interessate hanno un interlinea minore delle altre, come se i confinanti fossero stati inseriti in seguito.

^{ppp} Così nel ms., come del resto in altri atti.

^{qqq} Seguono due punti che forse segnalano l’interpolazione a cui si accenna nella nota n.

^{rrr} Ba cassato.

^{sss} La parola è parzialmente coperta da una macchia d’inchiostro.

^{ttt} Precede et cancellato con due punti soprascritti. Anche quest’ultima riga (da quas a est) sembra inserita in seguito (vedi nota n).

^{uuu} vendiderat nel ms.

Ego Bernabeus domini Federici Romanorum imperatoris notarius interfui rogatus et scripsi.

1260 ottobre 8, Riva, sotto la casa del comune.

Benvenuto di Giacomo, vicario di Adelperio podestà di Riva, stabilisce il termine entro il quale gli eredi del fu Ottobello *de Copadegalo* devono presentarsi davanti a lui per rivendicare i loro diritti sui beni del defunto, compreso un appezzamento di terra arativa situato in località Grez, che Ottobello aveva avuto in locazione dalla confraternita di S. Michele di Riva, della quale lo stesso Benvenuto difende i diritti in qualità di suo procuratore e sindaco, e nomina un nunzio della comunità rivana incaricato di annunciare pubblicamente detto termine.

Lo stesso giorno il nunzio di Riva Martino afferma di aver eseguito l'incarico affidatogli.

Originale, ACR capsula 2 n. 11.

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, pp. 6-7.

Pergamena in discreto stato di conservazione. Vaste macchie di umidità nella prima metà.

(S) Anno Domini millesimo ducentesimo .LX., indictione tercia, die veneris .VIII. intrante octubri, sub domo comunis ubi efficitur, presentibus Ricerio, Omnebono notariis et alliis. Ibique dominus Benevenutus domini Iacobi vicarius domini Adelperii potestatis Ripe statuit terminum peremptorium et post peremptorium heredibus et cuilibet heredi condam Ottobelli de Copadegalo et etiam cuilibet debenti et volenti esse tueri, defendere aut respondere pro hereditate^{vvv} in bonis condam domini Ottobelli dicti et eius bonis, et etiam pro quandam pecia terre aratorie iacente in Greçio, a mane via, a meridie heredes Pelegrini de Gayo, aut eam terram defendere quam olim dictus Ottobelus solitus erat habere et tenere, de qua solvebatur fictum boni oley confraternitati Sancti Michaelis, prout Benevenutus procurator et syndicus eiusdem confraternitatis dicebat, hinc ad proximum diem lune ut sit coram eo vicario respondere et racionem facere dicto Benevenuto procuratori et sindaco dicte confraternitatis Sancti Michaelis de Ripa, et constituit unum de viatoribus Ripe nuncium ut denunciaret et preconizet dictum terminum, eodem modo ut superius legitur ac domi et ante domum condam dicti Ottobelli, in Ripa in publica convicinia ac etiam per burgum Ripe in solitis locis publice.

Postea, die ipsa et loco, presentibus suprascriptis testibus et alliis. Ibique Martinus viator Ripe dixit se dictum terminum peremptorium et post peremptorium denunciasset et precepisse domi dicte et etiam publice precepisse ante dictam domum, in publica convicinia et in locis solitis per burgum Ripe preconizasse.

Ego Ottobonus domini Federici Romanorum regis notarius interfui et rogatus scripsi.

^{vvv} hereditate *nel ms.*

1262 novembre 8, nel borgo di Riva, nella casa di Avancino del fu Zambono di Pigocio a Ponalle.

Avancino del fu Zambono di Pigocio a Ponale da Riva, per sè e in qualità di tutore di suo nipote Giovanni, figlio del suo defunto fratello Viviano, trasferisce a titolo di vendita-donazione a sua sorella Benasuta la proprietà di un vigneto con olivi posto nella regola di *Caxolo* a completa soluzione di un debito residuo di 90 lire di denari piccoli veronesi sulle 130 che lui e suo fratello Viviano erano tenuti a versarle in ottemperanza al lascito testamentario di loro padre, risalente al 1254.

Originale, ACR capsula 2 n. 65.

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, p. 28.

Pergamena in ottimo stato di conservazione.

(S) Anno Domini millesimo ducentesimo .LXII., indictione V, die octavo intrante mense novembris, in burgo Ripe, in domo Avancini condam Çaneboni de Pigocio a Ponalle de Ripa, presentibus Gratiadeo condam Muciy de Lafranco, Omnebono notario de Bertoldo notario de Ripa, Benevenuto condam Bocarani, Çanebono filio Rivani de Bocasancta de Ripa, Alexandro Rubeo filio condam Alberti de Blaseçia, Iuliano Omneboni Bee de Mediolaco Leudri rogatis testibus et alliis. Ibique Avancinus condam Çaneboni dicti de Pigocio a Ponale de Ripa per se et tamquam tutor eius nepotis Iohannis dicti filii condam sui fratris Viviani defuncti datus a domino Calapino iudice ordinario de Tridento imperialis curie, secundum ut in quodam instrumento tutelle scripto sub anno Domini .M.CC.LX[II]^{www}, indictione tertia, die veneris VI. exeunte iunio, Tridenti, in domo domini Calapini iudicis, presentia dominorum Nicolay de Comitissa viri Strupharine, Çardini de Avolano, Bachini barberii atque Meyorini de Teno testium et alliorum et cetera, per Thobiam notarium sacri palatii, et ibi viso et lecto, continetur, per se et tutorio nomine dicti eius nepotis et per eum et per se et suos heredes pro precio et solutione nonaginta librarum denariorum Veronensium parvorum, quos contentus et manifestus fuit se et dictum eius nepotem Iohannem hereditario nomine dicti Çaneboni a Ponale patris condam dicti Viviani et eiusdem Avancini dare et solvere debere sue sorori Benasute filie condam dicti Çaneboni pro quantitate unius debiti .centum. et XXX. libras denariorum Veronensium parvorum iuris et rationis dicte Bennasute, quos condam eius pater dictus Çanebonus tempore mortis in testamento de suis bonis iudicaverat et legaverat, sicut in carta testamenti ibi visa et lecta et per Vivianum notarium sub anno Domini millesimo CC.LIII, indictione XII, die tercio intrante iulio, in domo Çaneboni condam Muciy de Ripa, presentibus Gratiadeo et Lafranchino fratribus condam Muciy de Ripa, Gonselmino condam Iohannelle de Malxilice, Panada de Ripa, Bexodia de Ripa, Iohanne de domino Bonavero de Bono et alliis et cetera, scripta et ibi visa et lecta continetur, venditionis nomine in solutum et ad proprium pro libero et expedito alodio investivit eandem Bennasutam in se suisque heredibus et cui dederit de quadam pecia terre vidate cum omnibus arboribus olivarum et aliis in ea et ad eam undique pertinentibus iacente in regula Caxoli, a mane, a meridie, a nulahora vie comunis, a sero Albertus condam domini Marquardi, forte et alie sibi sunt coherentie, ita quod inde perpetualiter dicta emptrix Benasuta et eius heredes et cui dederit iure proprietario habeat licentiam et auctoritatem una cum accessione et ingressu seu cum superioribus et inferioribus suis ingredi et possidere, uti et vendere et quicquid velit facere sine omni contradictione et inpeditione iamdictorum venditorum et alicuis eorum et suorum heredum, pro suprascripto precio .LXXXX. librarum Veronensium, et si plus valuerit donationis nomine inter vivos ita ut amplius revocari non possit, eidem donavit emptrici. Quam venditionem et donationem cum omnibus ad eam pertinentibus totam partim et particulam dictus Avancinus venditor pro se et tutorio nomine pro dicto Iohanne et suis heredibus, obligando eidem emptrici iure pignoris omnia sua bona presentia et futura et pro ea se possidere manifestando per stipulationem ei Benasute emptrici suisque heredi[bus] et cui dederit omni tempore ab omni contradicenti et inpedienti persona cum ratione defendere et warentare et expedire, sub pena dupli tocius dampni et interesse, secundum ut pro tempore fuerit meliorata aut magis valuerit sub extimatione precii in consimili loco, et pro ea emptrice dictus venditor Avancinus per se et tutorio nomine pro dicto Iohanne se possidere constituit et iussit eam in tenuta sua auctoritate ingredi quandocumque velit. Quam suprascriptam venditionem et donationem dictus Avancinus pro se et dicto Iohanne tutorio nomine pro eo Iohanne et omnia suprascripta fecit eidem Bennasute, salvo omni suo iure in personalli et ypotecaria acione, si ei evinceretur quod habet regresum ab sua iura et pristinas actiones, non obstante hac data et ven-

^{www} Lacuna di frammento della data, corrispondente alle unità dell'anno di rogazione dell'atto. Abbiamo colmato con II ritenendo plausibile che l'atto di tutela preceda di pochi mesi quello qui trascritto.

ditione in solutum nec lege dicenti solutione eius quod debetur omnis tolitur duplatur obligationem in toto, parte
[vel] particula.

Ego Ottobonus domini Federici Romanorum regis notarius interfui rogatus et scripsi.

1262 novembre 12, Riva, nel cortile dei preti.

Antonio, arciprete della pieve di S. Maria di Riva, affitta a Bertramo da Cologna due appezzamenti di terra - uno di terra *vidata* posto in località Mazano, l'altro un prato posto sul monte Englo, in località *Campo Longo* -, quattro olivi e una *planta* nel territorio di Tenno, *in Sablonera*, altri quattro olivi nella pieve di Riva, al canone annuo di un *conçium* di uva e della metà del foraggio, dell'erba e di tutte le olive prodotte.

Originale, ACR capsula 2 n. 63. Sul verso di mano del sec. XIII: «Carta locationis in meçano ...».

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, p. 27.

Pergamena in buono stato di conservazione. Inchiostro scolorito nella parte centrale.

(S) In Christi nomine. Anno eiusdem millesimo .CC.LXII, indictione quinta, die .XII. intrante novembri, in Ripa, in cortivo dominorum presbiterorum, presentibus Iohanne domine Avinantis et Michaelle paroladro ambo de Ripa testibus. Ibique dominus Antonius archipresbiter et dominus Vivionus et dominus Baxalico^{xxx} et Bregogna clericis^{yyy} ecclesie Sancte Marie de Rippa investiverunt Bertramum de Cologna de pluribus peciis terre, videlicet de una pecia terre vidate iacente in loco Maçani, coherentie cuius a mane et a meridie via, a sero Benevenutus domini Iacobini et a monte predictorum locatorum^{zzz}; item de una pecia terre prative iacente in loco Enguli ubi dicitur in Campo Longo, coheret a mane via, a meridie Bonvesinus de Prançio et desomo comune; item de IIII olivis et I planta iacentibus in plebatu Tenni ubi dicitur in Sablonera, aput viam; item de IIII olivis iacentibus in plebatu Ripe, coheret ab uno latere dictorum locatorum et ab alio latere Iohannes Madi; talli modo quod dictus Bertramus et sui heredes dictam locationem hinc ad dictum terminum habeat, teneat et possideat dictas pecias terre et ipsas bene laborare debeat, videlicet omni tercio anno dictas vineas lodare debet ita quod bene sint lodate alioquin emendare debet in dicto bonorum laboratorum, dando et redendo dictis locatoribus et sui suçesoribus ante partem unum conçium uve de illa que nasset in dictis vitibus et de allia debet eis dare medietatem que remanserit; item debet conducere medietatem olive que nasset super dictos olivos ad suas expensas in caneve predictorum locatorum; item de foro et erba que nasset in dicto prato debet eis locatoribus dare in festo sancti Michaelis secundum usum Ripe ficti^{aaaa} medietatem, et apelare debet dominos ante coleccionem uve et olive octo dies ad exstimandum omnes redditus; promittendo dictos locatores pro se et dicte ecclesie aut suos successores dicto Bertramo et suis heredibus aut cui dederit dictam locacionem hinc ad dictum terminum suis propriis expensis defendere et varentare cum racione in pena dupli sicut pro tempore fuerint meliolate aut valuerint sub exstimatione bonorum hominum in consimilli loco, et dicti locatores dicto laboratorum dederunt verbum intrandi tenutam et possessionem de quibus omnibus, ut superius dictum est, inter sese promisserunt penam^{bbbb}, omnia atendere et observare sub pena .XL. solidorum Veronensium ut qui ex ipsis aut eorum heredibus vel suçessoribus contra venerit vel fecerit tolere vel laxare^{cccc} voluerit tunc emendare debet pars parti pactum servanti dictos XL solidos Veronensium nomini pene, pena soluta, omnia predicta rata fuit et firma.

Ego Bertolameus Gargnanensis imperiali auctoritate notarius his interfi et scripsi.

^{xxx} Così nel ms.

^{yyy} Così nel ms.

^{zzz} Così nel ms.

^{aaaa} Da in festo fino a Ripe ficti sopra il rigo

^{bbbb} penam sopra il rigo, anche se solitamente la formula non prevede questo termine

^{cccc} laxare nel ms.

1263 marzo 17, Riva, sopra la canonica della chiesa di S. Maria.

Antonio, arciprete della pieve di S. Maria di Riva, concede in locazione perpetua a Benvenuto conciatore da Arco un prato posto nel territorio di Riva, in località S. Giorgio, al canone annuo di 5 soldi e mezzo di denari piccoli veronesi.

Originale, ACR capsula 2 n. 17. Sul verso di mano del sec. XIII: «Carta locationis de Arco notata est».

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, p. 8-9.

Pergamena in buono stato di conservazione.

(S) In Christi nomine. Anno Domini millesimo CC LXIII, indictione VI, die XV exeunte martio, in Ripa, super canonicam ecclesie Sancte Marie de Ripa, in presentia domini Pelacani de domino Pelacanis et Bevenuti condam Cirioli de Trimosino et aliorum testium rogatorum. Ibique dominus Antonius archipresbiter suprascripte ecclesie una cum fratribus suis dominis Viviono et Basalicao, Bergogne atque Francisco^{dddd} et dicte ecclesie Sancte Marie de Ripa, nomine locationis in perpetuum investiverunt Bevenutum cerdonem filium condam ***^{eeee} de Arco nominatim de una pecia terre prative iuris dicte ecclesie iacente in pertinentiis Ripe ubi dicitur Sancto Iehorio, coherentie eius ab una parte via comuna, a secunda parte dictus Bevenutus, forsitam sibi sunt alie coherentie; et eum iuserunt intrandi tenutam sua auctoritate ad fictum reddendum ac omni anno solvendum fratribus dicte ecclesie vel suis nunciis aut suis successoribus .V. solidos et dimidie^{ffff} Veronensium parvorum in festo sancti Michaelis vel ad octavam; et si ad predictum terminum non solverit, induplare dictum fictum debeat in primo et secundo anno et in tercio anno cadere a iure locationis et solvere fictum et duplum; promitens per stipulationem dictus Bevenutus conductor predictis locatoribus et suis succesoribus omnia predicta atendere et solvere et observare in pena dupli tocius dampni et dispendii inde habiti vel facti et sub obligatione omnium suorum bonorum presentium et futurorum, et pro predictis dominis et suis succesoribus se possidere constituit et etiam manifestavit ad in vicem predictus dominus Antonius una cum fratribus suis predictis et suis succesoribus et vice et nomine dicte ecclesie sipulatione promisit dicto domino Benvenuto et suis heredibus dictam terram prativam in perpetuum defendere et varentare ab omni persona cum ratione, in pena dupli tocius dampni et dispendii.

Ego Albertus sacri palatii notarius hiis interfui rogatus et scripsi.

^{dddd} Fracico nel ms.

^{eeee} Lacuna del paternità

^{ffff} Così nel ms.

1264 luglio 10, Colonia, nella chiesa di S. Zeno.

Alcuni *vicini* di Colonia e Gavazzo eleggono Moreto del fu Martino da Gavazzo loro sindaco-procuratore in ogni controversia giudiziaria in cui saranno coinvolti, in particolare contro i consoli, i sindaci e i consiglieri della comunità di Riva.

Copia autentica, ACR capsula 2 n. 59, redatta da Bonafortuna, notaio del re d'Italia Corrado, e sottoscritta anche dal notaio Bartolomeo. Oltre all'indicazione posta all'inizio del documento «(S) Exemplum ex autentico relevatum», le formule di autenticazione hanno il seguente tenore:

«Ego Bonafortuna domini regis Conradi notarius autenticum huius exempli vidi et legi et ut in eo continebatur ita et in suprascripto legitur exemplo, nichil plus vel minus adens nec diminuens quod sententiam muttet, signum meum apposui et me subscripsi.

(S) Ego Bertolameus sacri palatii notarius autenticum huius exempli vidi et legi et sicut in eo continebatur ita et in isto legitur exemplo meumque signum apposui et me subscripsi».

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, pp. 25-26.

(S) In Christi nomine. Anno a nativitate eius millesimo.CC.LXIII., indictione .VII., die .X. intrante mense iulei, in Colonia, penes ecclesiam Sancti Çenonis, presentibus Viviano condam^{eggs} Amaboni de Gardolo Tenni et Antonio condam Iohannis Scriadi^{hhhh} eiusdem loci et Adamino de Colonia et Çenario eiusdem loci et Bonveçino filio Nigerboni eiusdem loci Cologne testibus rogatis et aliis. Ibique Girardus et Çannebonus et Iohannes et Petrus fratres conndam Çigale de Colonia et Martinus qui dicitur Niger et item Bonacursius condam Spiçelangi et item Baçeda condam Fecle et item Borçius condam Girardi et item Nigerbonus condam Caliarri et item Bonaventura condam Bachini et item Iohannes condam Viviani et item Bertramus et item Nicolaus condam Iohannis Formentelle et item Iohannes condam Fatosii et item Vivianus filius Adamini et item Aresta condam Pannecasolii et Olveretus et Bertoldus fratres condam dicti Pannecasolii et item Henricus condam Iohannis et item Benevenuto et Bonacursius fratres filios Bençani et item Iohannes condam Gelbetini et item Agustus condam Pelini, omnes isti suprascripti de Colonia et item de Gavaçio Morendo et Bonnomus et item Nigerbonus condam Randege et item Aroinus de Colonia, omnes isti suprascripti ad ecclesiam coadunati ad sonum campane, sicuti erant soliti ad sua negotia facienda, de hore ad hos fecerunt et constituerunt atque ordinauerunt Moretum condam Martini de Gavacio presentem suum certum nuncium, sindicum, actorem et procuratorem, et viva voce eum laudaverunt in omnibus suis factis et placitis et questionibus que et quas habentⁱⁱⁱⁱ, faciunt vel habere vel facere intendunt contra quamlibet personam et contra consules et syndicos et consiliatores universitatis Ripe seu alii habent vel habere intendunt contra predictos homines, tam in agendo quam in defendendo^{jjj}, opponendo, placitando, testes induendo et compromittendo, si necesse fuerit; ita quod dictus Moretus sindicus, actor et procurator, supra^{kkkk} dictorum hominum possint^{lll} agere, petere, luere, experiri causare et defendere et tueri et item in arbitris elegendis et in concordiiis faciendis, si ipse videbit expedire, et item in denarios mutuo accipiendo et inter eos exponendo cum consilio bonorum hominum, et ab eis luendo; promittentes omnes suprascripti, sub obligatione omnium suorum bonorum, predicto sindico, actori et procuratori quod quidquid ipse fecerit seu dixerit in omnibus predictis et circa predicta tam^{mmmm} in placito quam extra placitum, firmum et ratum habebunt et tenebunt et non contravenient, et volentes ipsum sindicum, auctoremⁿⁿⁿⁿ et procuratorem relevare a satisfactione et de iudicato solvendo et constituerunt se fideles et principales debitores sub obligatione omnium suorum bonorum, et renunciaverunt quod principales debitores prius sint conveniendus^{oooo} quam fideles et episcopale divi Adriani et nove et veteri constitutioni et omni legum auxilio, et ibi incontinenti dictus Moretus sindicus

^{eggs} condam sopra il rigo.

^{hhhh} Lettura incerta. Abbreviazione di difficile interpretazione: alla S segue una x con a sovrascritta e infine di.

ⁱⁱⁱⁱ hm con abbreviazione probabilmente per haberem cassato.

^{jjj} defendo nel ms.

^{kkkk} sup con due segni di abbreviazione.

^{lll} Intendi possit.

^{mmmm} tam ripetuto.

ⁿⁿⁿⁿ Così nel ms.

^{oooo} Così nel ms. Intendi conveniendi.

et procurator ad sancta Dei ewagnelia iuravit omnia que sibi utilia^{pppp} videbatur predictis^{qqqq} hominibus, tam in placitis quam extra placita facere bona fide et in utilia pretermittere, et omnia que ad manus predicti sindici pervenerint, bona fide salvabit et expendet ad utilitatem supradictorum hominum et aliorum hominum de Colonia et Gavaçio.

Ego Iohannes domini Conradi regis Romanorum notarius interfui rogatus et scripsi.

^{pppp} Una seconda l che sembra corretta in i. Manca tuttavia la a finale.

^{qqqq} pro poi corretto in pre.

1264 luglio 20, Cologna, davanti alla casa di Floreto del fu Manrera.

Girardo, Adamino, Martino detto 'Negro', Odorico del fu Cigala, Bertramino e Baceda, tutti di Cologna, eleggono Meiorino da Gavazzo del fu Ventra da Tralino loro procuratore nella causa contro gli uomini della comunità di Riva e il loro sindaco.

Copia autentica, ACR capsula 2 n. 10, redatta dal notaio Bartolomeo, e sottoscritta anche da Bonafortuna, notaio del re d'Italia Corrado. Oltre all'indicazione posta all'inizio del documento «(S) Exemplum ex autentico relevatum», le formule di autenticazione hanno il seguente tenore:

«Ego Bertolameus sacri palatii notarius hoc exemplum ex autentico summens fideliter exemplavi meumque signum apposui et me subscripsi.

« (S) Ego Bonafortuna domini regis Conradi notarius autenticum huius exempli vidi et legi et ut in eo continebatur ita et in isto legitur exemplo, signum meum apposui et me subscripsi».

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, p. 6.

Pergamena in ottimo stato di conservazione. La trascrizione è fedele al ms., nonostante si rilevino numerosi errori grammaticali e sintattici, che in alcuni casi abbiamo corretto.

(S) In Christi nomine. Anno a nativitate eius millesimo.CC.LXIII., indictione .VII., die .XII. exeunte iulio, in Cologna, ante domum Floreti condam Manerre, in presentia ipsius Floreti et Henrrici qui Scatus^{trr} dicitur et Viviani filii^{ssss} Adamini de Cologna et aliorum testium. Ibique Girardus de Cologna et Adaminus et Martinus qui Niger dicitur et Odelricus condam Cigale et Bertrammus eiusdem loci, isti omnes suprascripti fecerunt et constituerunt et ordinarunt Meiorinum de Gavacio condam Ventre de Tralino presentem suum certum nuncium et procuratorem generalem in omnibus suis causis, placitis et questionis qui vel quibus ipsi habent vel habere intendunt contra hominibus comunitatis Ripe vel contra syndicum eorum et contra omnibus^{ttt} aliis personis quibus intendunt habere contra eos, ita quod dictus procurator possit agere, petere, causare placita et sequere terminum, locare et proseguere, testes producere, sentencias vel sentencie audire, apelationem facere pro dictorum Gerardum, Adaminum, Odelricum et aliis predicti^{uuuu} de Cologna, suorum dominorum, et in omnibus qui^{vvv} necessaria et utilia fuerit tam in agendo quam in defendendo, et quicquid dictus procurator fecerit seu dixerit tam in agendo quam in defendendo; iam dicti Adaminus, Girardus, Martinus, Odericus et Bertrammus promiserunt sub obligatione suorum bonorum firmum et ratum abere et nunquam contravenire, et constituerunt se fideles^{www} et principales debitores, relevando dictum procuratorem a satisfacione de iudicato solvendo remota omni occasione et defensione.

Eodem die, retro Villa Cologne, in via publicam^{xxxx}, presentibus Negerbono condam Caliarì et Petelle de Gavacio et aliorum testium. Ibique Baceda filius ***^{yyyy} de Cologna fecit et constituit predictum Meiorinum absentem^{zzzz} suum nuncium et procuratorem in omnibus suis placitis et questione quibus ipse abet vel habere intendit contra predictis hominibus de Ripa, ita ut suprascripti fecerant fecit pro se in omnibus et per omnia qui superius dicitur promisit firmum habere et tenere.

Ego Bonensigna notarius domini Conradi regis interfui rogatus et scripsi.

^{trr} Scatus nel ms.

^{ssss} filius corretto in filii.

^{ttt} Un h cancellata su cui è sovrascritta la o di omnibus.

^{uuuu} Così nel ms. Si segnalano questi e gli altri numerosi errori di caso, concordanza e di altra natura presenti nel testo

^{vvv} Intendi que.

^{www} fide nel ms.

^{xxxx} Intendi publica.

^{yyyy} Lacuna della paternità. Da colmare con Fecle (vedi doc. precedente: Baçeda condam Fecle).

^{zzzz} absete nel ms.

1264 luglio 30, davanti alla casa di Bertoldo da Arco.

Bertramo figlio del fu Giovanni *Bocalae* e altri quattro uomini di Colonia eleggono Girardino figlio di '*Zigalla*' da Colonia loro nuncio e procuratore, in particolar modo nel presentare davanti al vescovo di Trento Egnone il privilegio da quest'ultimo promulgato, che concedeva loro di sottostare alla giurisdizione di Odorico Pancera signore d'Arco.

Copia autentica, ACR capsula 2 n. 7, redatta da Bonafortuna, notaio del re d'Italia Corrado. Oltre all'indicazione posta all'inizio del documento «(S) Exemplum ex autentico relevatum», la formula di autenticazione ha il seguente tenore:

«Ego Bonafortuna domini regis Conradi notarius autenticum huius exempli vidi et legi et ut in eo continebatur ita et in isto legitur exemplo nichil plus nec minus adens nec diminuens quod sententiam muttet, signum meum apposui et me subscripsi».

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, pp. 4-5.

Pergamena in buono stato di conservazione.

(S) In nomine Christi. Anno Domini eiusdem^{aaaa} .millesimo.CC.LXIII., indictione .VII., die penultimo exeunte iulio, ante domum domini Bertoldi de Arco, in presentia domini Iohannis iudicis et ser Tomasii condam ser Bertoldi de Trilaco nunc habitatoris Archi et Benevenuti de Bleço et Moreti de Colonia et aliorum testium. Ibique Bertramus filius condam Iohannis Bocalae et Adaminus filius condam Nigerboni et Martinus condam ser Girardi de Maçuo et Oldoricus condam Riprandi Çigalle et Floravantus qui Baçeda dicitur de Colonia, omnes simul et quilibet eorum separatim fecerunt et constituerunt atque ordinarunt Girardinum filium Çigalle de predicto loco presentem suum certum nuncium et procuratorem specialiter in alegando coram domino episcopo vel coram eius assessore privilegium supradictorum hominum, videlicet quod predicti sint de iurisdictione et districtu domini Olderici Pançerie pro comissione eidem facta a domino Egnone venerabili episcopo Tridentino, et generaliter in omnibus suis causis, placitis et questionibus et litibus que et quas habent vel habere intendunt contra quamlibet personam vel aliqua persona habet vel habere intendit contra eosdem, tam in agendo quam in defendendo; ita quod predictus procurator pro omnibus suprascriptis hominibus et singulis possit et valeat agere, petere, luere, causare, defendere, excipere, privilegium fori eciam alegare, tenutam accipere, experiri et tueri et generaliter omnia facere et exercere que^{bbbb} ipsi omnes simul et separatim facere et exercere possent si personaliter adessent, promittentes per stipulacionem omnes simul et separatim quilibet supradicto procuratori presenti quod quicquid ipse fecerit seu dixerit in omnibus predictis et singulis et circa predicta^{cccc} se firmos et ratos habere et tenere et nunquam contravenire sub obligatione omnium suorum bonorum presentium et futurorum, et volentes ipsum procuratorem relevare a satisfactione de iudicato solvendo et ab omni satisfactione constituerunt se fideles et principales debitores et renunciaverunt quod principales debitores prius sint conveniendi quam fideles sub obligatione omnium suorum bonorum.

Ego Otto domini Coradi regis Itallie notarius interfuy et rogatus scripsi.

^{aaaa} Così nel ms.

^{bbbb} qui corretto in que.

^{cccc} predicta cassato.

1264 luglio 31, Trento, nel palazzo vescovile.

Davanti a Bono di Montorio, giudice e assessore del vescovo di Trento Egnone, Benedetto del fu Bertoldo di Manarolo da Riva, sindaco-procuratore del comune di Riva, richiama alcuni uomini di Cologna e di Gavazzo all'osservanza delle sentenze pronunciate nei loro confronti dalle autorità comunali rivane e al pagamento delle pene pecuniarie che erano state loro comminate; essi però non riconoscono la validità di tali provvedimenti, sostenendo che erano stati emanati quando i territori di Riva, Cologna e Gavazzo erano sottoposti alla dominazione del defunto Ezzelino da Romano e che il vescovo di Trento Egnone aveva cassato tutte le sentenze prodotte in quel periodo; il sindaco rivano ribatte che a quel tempo Riva era sottoposta all'autorità di un podestà - Uguzzone *de Ocanonis* da Brescia -, che, secondo un diritto acquisito e riconosciuto, i cittadini rivani avevano liberamente eletto (e che quindi non governava la città per conto di Ezzelino).

Originale, ACR capsula 2 n. 87-a.

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, pp. 40-41.

Pergamena in buono stato di conservazione.

(S) Anno Domini millesimo .CCLX. quarto, indictione septima, die iovis ultimo exeunte iulio, Tridenti, in palacio episcopatus, in presentia Pasquetini, Omneboni, Gabrielis, Çagnini, Bonaventure notariorum et aliorum. Ibique coram domino Bono de Montorio iudice et assessore domini Egnonis episcopi Tridentini in iure petit Benedictus condam Bertoldi de Manarolo de Ripa tamquam syndicus et procurator hominum et comunis Ripe et pro eis a Moreto de Gavacio et a Girardino filio Cigale de Cologna pro se et ab ipso Girardino tamquam procuratore Bertrammi filii condam Iohannis Bocalaa et Martini condam Girardi de Maçuo et Odelrici condam Riprandi Cigale et procuratorio nomine pro eis ut sibi pro dictis hominibus et comunitate Ripe attendant sententias eorundem hominum et comunis Ripe, scilicet dictus Moretus de XX solidis Veronensium et dictus Girardinus de V solidis pro se et pro dicto Bertrammo de XX solidis Veronensium et pro dicto Martino de XX solidis et pro dicto Odelrico de XV solidis; ad quod dicti Moretus et Girardinus pro se et ipse Gerardinus tamquam procurator predictorum Bertrammi, Martini et Odelrici responderunt et dixerunt quod nolebant dictas sententias attendere, cum fuerint^{dddd} late contra iuris ordinem et non a suo iudice, et cum tunc terra Ripe, Cologne et Gavacii essent sub^{eeee} dominatione et virtute condam domini Ecelini de Romano fuissent irritate et acassate per dominum Egnonem episcopum Tridentinum. Item ponit et dicit quod dominus Ugoçonus de Ocanonis de Brixia fuit potestas hominum et comunis Ripe, quod dicti Moretus et Girardinus pro se et ipse Girardinus tamquam procurator predictorum nesciunt. Item ponit et dicit quod homines et comune Ripe in concione publica^{ffff} more solito congregata eligerunt et laudaverunt sibi ipsum dominum Ugoçonem in suum potestatem, quod dicti Moretus et Gerardinus nesciunt. Item ponit et dicit quod dicti homines et comune Ripe potuerunt et posunt sibi eligere et laudare potestatem, quod predicti Moretus et Girardinus nesciunt. Ex adverso ponunt et dicunt dicti Moretus et Girardinus pro se et tamquam procurator predictorum quod ea die et tempore dictorum condemnationum terra Ripe, Cologne et Gavacii erat sub dominio et virtute condam dicti domini Ecelini de Romano, quod dictus syndicus Ripe nesciit. Item ponunt et dicunt quod dictus dominus Ugoçonus fuit potestas predictorum hominum et comunis Ripe, quod dictus syndicus Ripe nesciit. Item ponunt et dicunt quod omnes sententie late sub dominio et virtute condam dicti domini Ecelini fuerunt acasate et irritate per dictum dominum episcopum,

^{dddd} fuerit *nel ms.*

^{eeee} sub *ripetuto*

^{ffff} plubica *nel ms.*

quod dictus syndicus Ripe negat. Unde dato sacramento dictis Moreto et Gerardino^{eeee} pro se et tamquam procuratore predictorum quorum est procurator et ab eis facto quod non dicebant hoc fraude nec fuga, dictus assessor statuit terminum peremptorium eis partibus presentibus ad probandum super predictis ad diem lune proximum ad VIII dies et quod predicti Bertrammus, Martinus et Odelricus sint personaliter vel habeant sufficientem procuratorem ad eundem terminum ad respondendum dicto syndico Ripe super predictis.

1264 agosto 13, Trento, nel palazzo vescovile.

Il giudice vescovile nega agli uomini di Cologna e Gavazzo un'ulteriore dilazione della sentenza per dimostrare la veridicità delle loro affermazioni e concede al sindaco rivano la facoltà di pignorare i loro beni per un valore corrispondente alle multe loro inflitte dal comune di Riva.

Originale, ACR capsula 2 n. 87-b.

Item die mercurio XIII intrante augusto, Tridenti, in palacio episcopatus, in presentia Omneboni, Pasquetini, Gabrielis, Çagnini, Bonaventure notariorum et aliorum. Ibique ego Bonus de Montorio iudex et assessor domini Egnonis episcopi Tridentini super eo quod Moretus pro se et tamquam procurator Bertrammi filii condam Iohannis Bocalaa et Martini condam Giradi de Maçuo et Odelrici condam Riprandi Cigale et procuratorio nomine pro eis ut sibi darem intato^{hhhhh} terminum ad probandum de causa predicta vertente inter eos ex una parte et Benedictum condam Bertoldi de Manarolo de Ripa tamquam syndicum et procuratorem hominum et comunis Ripe ex altera, cum non potuerit facere aliquem preconem precipere suis testibus pro eorum testes faciendo pro tymore domini Pancerie de Archo et eius strumentum dicendo quod hoc erat paratus afirmare suo sacramento esse verum, quod negabat dictus syndicus dicendo quod ille terminus ei dari non debebat, cum alius terminus iam fuerit ei statutus ad probandum; unde super hoc habito consilio sapientum, quia dictus Moretus illud sacramentum facere noluit, inter loquendo pronuncio partibus presentibus quod ipsum terminum petitum esse denegandum dicto Moreto pro se et tamquam procuratori predictorum quorum est procurator.

Postea eodem die, loco et presentibus. Ibique predictus assessor dedit tenutam predicto Benedicto tamquam syndico et procuratori hominum et comunis Ripe et pro eis mandando sententiam executivam de bonis et super bonis predicti Bertrammi valentibus XX solidis Veronensium et suprascripti Martini valentibus XX solidis Veronensium et suprascripti Odelrici valentibus [XV]ⁱⁱⁱⁱ solidis Veronensium et expensas primo de mobilibus, secundo de immobilibus, tercio de actionibus, salva racione omnium hominum, quia statutus fuit terminus peremptorius predictis Moreto et Gerardino pro se et tamquam procuratori predictorum quorum erat et fuit procurator ad probandum suprascripta, ut superius in predicto termino continetur et non probavit, et constituit quemlibet de viatoribus curie Tridentine qui det dictam tenutam et hoc dictus assessor fecit presentibus dictis Moreto et Resta de Cologna procuratoribus eorundem Bertrammi, Martini et Odelrici et non contradicentibus et quia dato sacramento dicto syndico et ab eo facto ad postulacionem dictorum procuratorum quod nesit dictum dominum Ugoçonem fuisse potestatem Ripe per condam dictum dominum Ecelinum.

Ego Bertolameus sacri palacii notarius interfui et rogatus scripsi.

^{eeee} et Gerardino *sopra il rigo*

^{hhhhh} *Così nel ms.*

ⁱⁱⁱⁱ *Abrasion che rende ardua la lettura della cifra dedotta del resto dall'atto precedente.*

1265 marzo 19, Riva, sotto il portico di Graziadeo del fu Mocio.

1265 marzo 20, Riva, sotto il portico di Cavatorta.

1265 aprile 2, Riva, sotto il portico di Graziadeo.

Odorico Pancera, signore d'Arco, *vilicus* di Riva per conto del vescovo di Trento Egnone, ordina al nunzio Corezola di annunciare nel territorio di Riva che se qualcuno volesse essere legittimo erede o difendere i beni del defunto Tealdo di Riva, nomini un proprio procuratore, risponda e renda ragione ad Albertino del fu Alberto di Malcoredo, il quale agisce in qualità di sindaco-procuratore della confraternita di S.Michele di Riva.

Il nunzio Corezola comunica al notaio rogatore Rizerio di aver pubblicamente notificato nel territorio di Riva il mandato di comparizione per coloro che volessero partecipare dell'eredità di Tealdo da Riva.

Scaduto il termine di comparizione, 13 giorni dopo il nunzio ripete la medesima comunicazione al notaio Rizerio.

Originale, ACR capsula 2 n. 88-a,b,c.

Regesto: Tovazzi, *Inventariumm*, pp. 41-42.

Pergamena in buono stato di conservazione.

(S) Anno Domini millesimo ducentesimo LXV, indicione VIII, die XII exeunte martio, in Ripa, sub porticu Gratiadei quondam Mocii, in presentia dicti Gratiadei, Iohannis sui filii et Flor[ii] testium rogatorum. Ibique dominus Odoricus Pançera de Arco vilicus Ripe per dominum Egnonem episcopum Tridenti comissit Coreçole viatori presenti quod vadat et preconizare debeat per terram Ripe per consuetos locos et angulos Ripe si aliqua persona esset que vellit esse heres vel defendere bona quondam domini Tealdi de Ripa, quod ad X dies proximos habeat tutorem, curatorem vel sufficientem responsorem et defensorem, respondeat et rationem faciat Albertino quondam domini Alberti de Malcoreto de Ripa sicuti sindaco et procuratori fraternitatis et colegii Sancti Micaellis de Ripa.

Ego Riçerius notarius sacri pallacii his interfui et rogatus scripsi.

(S) Anno Domini millesimo ducentesimo LXV, indicione VIII, die XI exeunte martio, in Ripa, sub porticu Cavatorte de Ripa, in presentia dicti Cavatorte, Martini becarii de Ture habitatoris nunc Ripe testium rogatorum. Ibique Coreçola viator venit et con[tentus] stetit mihi notario dicens se ex parte et ex commissione domini Odorici Pançere de Arco vilici Ripe per dominum Egnonem episcopum Tridenti, preconizase et altaⁱⁱⁱⁱ voce cridasse si ali[qua] persona vellit esse heres quondam domini Tealdi de Ripa vel defendere eius bona quod ad X dies proximos habeat tutorem, curatorem vel sufficientem responsorem et defensorem et sit^{kkkk} coram dicto domino Pançera vilico in Ripa, respondeat et rationem faciat Albertino quondam domini Alberti de Malcoredo tamquam sindaco et procuratori fraternitatis ecclesie Sancti Michaelis de Ripa.

Ego Riçerius not. sac. pal. his interfui et rogatus scripsi.

(S) Anno Domini millesimo ducentesimo LXV, indicione VIII, die secundo intrante aprilli, in Ripa, sub porticu Gratiadei quondam Mocii, in presentia dicti Gratiadei et Nicolay notarrii et Açolini notarrii testium rogatorum. Ibique Coreçol[a] viator venit et stetit contentus mihi notario infrascripto dicens se ex parte domini Pançere de Arco vilici Ripe et pro eius commissione, cridasse et alta voce preconizase per terram et burgum Ripe in consuetis locis et angulisⁱⁱⁱⁱ si

ⁱⁱⁱⁱ vol cassato

^{kkkk} dic cassato

ⁱⁱⁱⁱ die cassato

aliqua persona vellit esse heres quondam domini Tealdi de Ripa vel defendere eius bona quod hinc ad VIII dies proximos habeat tutorem, curatorem vel sufficientem responsorem et defensorem et sit in Ripa, coram vilico, respondeat et rationem faciat Albertino quondam domini Alberti de Malcoredo tamquam sindaco et procuratori fraternitatis Sancti Michaelis de Ripa.

Ego Riçerius notarius sacri pallacii his interfui et rogatus scripsi.

1265 aprile 12, Riva, davanti alla casa degli eredi del fu Albano.

1265 aprile 25, Riva, sotto il portico di Bertolameo del fu Belino.

1265 aprile 25, Riva, sotto il portico di Bertolameo del fu Belino.

1265 maggio 6, Riva, sotto il portico degli eredi della fu Stadaia.

Il nunzio Corezola informa il notaio rogatore Rizerio di aver nuovamente notificato il mandato di comparizione per coloro che volessero partecipare dell'eredità di Tealdo da Riva.

Galvano da Cremona, vicario in Riva per conto di Odorico Pancera, non essendosi presentato nessuno quale legittimo erede di Tealdo, trasmette ad Albertino del fu Alberto di Malcoredo, sindaco-procuratore della confraternita di S.Michele di Riva, la facoltà di disporre dei beni del defunto Tealdo da Riva fino alla somma di 10 lire di veronesi - a cui si aggiunge altro denaro per le spese processuali - e ordina al nunzio Corezola di notificare ad Albertino il diritto da lui acquisito.

Il medesimo giorno il nunzio Corezola trasmette ad Albertino, quale soluzione del debito che Tealdo aveva contratto con la chiesa di S. Michele, la proprietà di una casa posta a Riva e appartenuta a Tealdo stesso.

Il nunzio Corezola informa il notaio rogatore Rizerio di non aver rinvenuto tra i beni immobili del defunto Tealdo da trasmettere ad Albertino nulla che valesse la somma richiesta.

Originale, ACR capsula 2 n. 88-d,e,f,g.

(S) Anno Domini millesimo ducentesimo LXV, indicione VIII, die XII intrante aprilli, in Ripa, ante domum heredum quondam Albani, in presentia Petri barberii et Calveti de Gargnano testium rogatorum. Ibique Coreçola de Ripa viator stetit contentus mihi notario dicens se ex parte et ex commissione domini Pançere de Arco vilici Ripe per dominum Egnonem episcopum Tridenti cridasse et alta voce preconizasse per consuetas loca et angulla burgi Ripe, dicens si alliqua persona vellit esse heres quondam domini Tealdi de Ripa vel defendere eius bona quod hinc ad XV dies peremptorios habeat tutorem, curatorem vel sufficientem responsorem et defensorem coram dicto vilico in Ripa respondeat et rationem faciat Albertino quondam domini Alberti de Malcoredo tamquam procuratori fraternitatis ecclesie Sancti Michaelis de Ripa.

Ego Riçerius notarius sacri pallacii his interfui et rogatus scripsi.

(S) Anno Domini millesimo ducentesimo LXV, indicione VIII, die VI exeunte aprilli, in Ripa, sub porticu Bertolamei quondam Belini, in presentia Açolini notarii, Nicolai notarii et Omneboni notarii testium rogatorum. Ibique Galvanus de Cremona vicarius in Ripa per dominum Pançeram de Arco vilicum Ripe per dominum Egnonem Dei gratia Tridenti episcopum dedit tenutam Albertino quondam domini Alberti de Malcoredo tamquam sindaco et procuratori fraternitatis ecclesie Sancti Michaelis^{mmmm} de Ripa de bonis et super bonis domini Tealdi de Ripa valentibus X libras Veronensium pro sorte, X solidos curie, XII denarios Coreçole viatori et II solidos pro cartis tenute et de alliis iustis expensis primo de mobilibus, secundo de immobilibus, tercio de rationibus et actionibus, salva ratione omnium hominum et comissit eidem Coreçole viatori presenti qui vadat et ponat eum in tenutam et precipiatⁿⁿⁿⁿ ut ad X dies luad^{oooo} et exigit,

^{mmmm} ded cassato

ⁿⁿⁿⁿ ei cassato

^{oooo} Così nel ms.

ideo quia preconizatum et cridatum fuit per^{ppppp} burgum Ripe si aliqua persona vellit esse heres dicti Tealdi vel defendere eius bona^{qqqqq} esset, responderet et rationem faceret dicto Albertino sindico et aliquis non comparuit.

Postea, die ipso loco et testibus. Ibique dictus Coreçola viator venit et contentus stetit mihi notario dicens se ex parte dicti vicarii dedisse et possuisse dictum Albertinum sindicum dicte fraternitatis Sancti Michaelis recipientem^{rrrrr} vice et nomine illius ecclesie in tenutam de ostio domus dicti Tealdi iacentis in Ripa apud heredem quondam Iohannis de Pasirono nomine et vice aliorum suorum bonorum valentium dictum debitum et expensas, rationes et acciones, et cridase et preconizase per burgum Ripe si aliqua persona vell[it] esse heres dicti Tealdi vel defendere eius bona quod ad X dies eam tenutam debeat exigisse.

Ego Riçerius notarius sacri pallacii his interfui et rogatus scripsi.

(S) Anno Domini millesimo ducentesimo LXV, indicione VIII, die VI intrante madio, in Ripa, sub porticu heredum quondam domine Stadaie, in presentia Rivabeni quondam Pecii et Çaneboni quondam domine Çente testium rogatorum. Ibique Coreçola de Ripa viator venit et contentus stetit mihi notario dicens se ex comisione Galvani vicarii ivisse et temptasse per terram et burgum Ripe volendo expedire tenutam Albertini tamquam sindici Sancti Michaelis de bonis mobilibus domini Tealdi et aliquid non invenisse de bonis mobilibus ut valeret expe[ditionem].

Ego Riçerius notarius sacri pallacii his interfui et rogatus scripsi.

1265 maggio 7, Riva, sotto il portico di Avrileta taverniere.

1265 maggio 7, Riva, sotto il portico di Cavatorta.

1265 maggio 7, Riva, sotto il portico degli eredi del fu Ambrosino.

Odorico Pancera, *vilicus* di Riva, su richiesta di Albertino, ordina a Benedetto del fu Bertoldo e ad Odorico del fu Ridolfino della signora Palma da Riva, estimatori del comune di Riva, di fare la stima dei beni di Tealdo fino alla somma di 10 lire di veronesi, corrispondente al debito che lo stesso Tealdo aveva contratto con la chiesa di S. Michele.

Il nunzio Corezola informa il notaio rogatore Rizerio di aver trasmesso ai due estimatori l'incarico loro affidato dal *vilicus* di Riva su istanza di Albertino.

Tra i beni immobili appartenuti a Tealdo, i due estimatori valutano 12 lire veronesi un appezzamento di terra arativa posto nel territorio di Riva, al Brione, in località 'al Sabbione'.

Originale, ACR capsula 2 n. 88-g,h,i,j.

(S) Anno Domini millesimo ducentesimo LXV, indicione VIII, die VII intrante madio, in Ripa, sub porticu Awrilete tabernarii, in presentia Açolini notarii et Çovedani tabernarii et Nicolai notarii testium rogatorum. Ibique dominus Odoricus Pançera de Arco vilicus Ripe per dominum Egnonem episcopum Tridenti comissit Benedicto quondam Bertoldi et Odorico quondam Redulfini de domina Palma de Ripa exstimatores comunis ad postulacionem dicti Albertini quod vadant et exstimare debeant de bonis domini Tealdi usque ad summam X librarum Veronensium et expensis iustis et pro ea ad satisfaciendum eum de suo debito.

Ego Riçerius notarius sacri pallacii his interfui et rogatus scripsi.

(S) Anno Domini millesimo ducentesimo LXV, indicione VIII, die VII intrante madio, in Ripa, sub porticu Cavatorte, in presentia dicti Cavatorte et Alberti de Marguardo testium rogatorum. Ibique Coreçola viator stetit contentus mihi notario dicens se bene precepisse et denunciase Benedicto et Odorico sindicis comunis Ripe ut exstimare debeant de bonis domini Tealdi usque

^{ppppp} bir *cassato*

^{qqqqq} et alu *cassato*

^{rrrrr} repientem *nel ms.*

ad sumam X librarum Veronensium et expensis iustis ad postulacionem Albertini sindici fraternitatis Sancti Michaelis et pro ea a satisfaciendum eum de suo debito.

Ego Riçerius notarius sacri pallacii his interfui et rogatus scripsi.

(S) Anno Domini millesimo ducentesimo LXV, indicione VIII, die VII intrante madio, in Ripa, sub porticu heredum quondam domini Ambrosi[ni], in presentia Martini a Furno de Martino, Avancini quondam ser Otti, Belafa[re]mi quondam Culeti et Floncoli testium rogatorum. Ibique Benedictus quondam Bertoldi et Odo[ricus] quondam Redulfini de domina Palma de Ripa exstimatores comunis terre Ri[pe] tempore domini Pançere de Arco vilici Ripe per dominum Egnonem episcopum Tridenti steterunt contenti mihi notario dicentes ex parte dicti domini Pan[çere] in concordio exstimasse de bonis domini Tealdi de Ripa, silicet unam pe[ciam] terre aratorie iacentem in pertinenciis Ripe, in Briono, in loco ubi dicitur ad Sablonum, coheret a mane Bonaventura Testus, a meridie Bonaventura Bertoloti, a sero via et a nulaora dictus Tealdus, XII libras Veronensium, ad postulacionem Albertini Malcoredi tamquam sindici fraternitatis ecclesie Sancti Michaelis de Ripa ad satisfaciendum eum de suo debito.

Ego Riçerius notarius sacri pallacii his interfui et rogatus scripsi.

1265 maggio 8, Riva, sotto il portico di Graziadeo del fu Mocio.

Odorico Pancera, signore d'Arco, *vilicus* di Riva per conto del vescovo di Trento Egnone, ordina al nunzio Corezola di annunciare nel territorio del comune di Riva che veniva messo in vendita all'incanto un appezzamento di terra arativa posto al Brione, in località 'al Sabbione', che appartenne al fu Tealdo da Riva e che, su richiesta di Albertino di Malcoredo, sindaco della confraternita di S. Michele di Riva, era stato valutato dagli estimatori del comune di Riva 12 lire di denari piccoli veronesi (il ricavato della vendita serviva a saldare un debito che Tealdo aveva contratto con detta confraternita). Il giorno stesso il nunzio Corezola comunica di aver pubblicamente notificato la vendita all'incanto del suddetto appezzamento di terra.

Originale, ACR capsula 2 n. 81-a.

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, p. 35.

Pergamena in discreto stato di conservazione. Inchiostro qua e là scolorito e un foro nel secondo atto.

(S) Anno Domini millesimo ducentesimo LXV, indicione .VIII., die VIII intrante madio, in Ripa, sub porticu Gratiadei Mocii, in presencia dicti Gratiadei, Açolini notarii et Nicolai notarii testium rogatorum. Ibique dominus Pançera de Arco, vilicus Ripe per dominum Egnonem episcopum Tridenti, comissit Coreçole viatori presenti quod vadat et preconiet per consuetos angulo^{ssss} et locos terre Ripe si aliqua persona vellit emere unam peciam terre aratorie iacentem in Briono ad Sablonem, que fuit domini Tealdi, coheret a mane Testus, a meridie Bonaventura Bertoloti, a sero via et a nula hora dictus Tealdus, exstimata per exstimatores comunis Ripe XII libras^{tttt}, ad postulacionem Albertini Malcoredi sindici fraternitatis Sancti Michaelis de Ripa, quod ad X dies sit coram eo vilico quod faciet vendicionem plus offerenti, secundum iuris ordinem.

Unde die ipso, loco et testibus, dictus viator venit et contentus stetit se omnia predicta, ut superius continetur^{uuuuu}, per loca Ripe cridasse et preconie.ase.

Ego Riçerius notarius sacri pallacii his interfui et rogatus scripsi.

1265 maggio 30, Riva, sotto il portico degli eredi della fu Stadaia.

1265 giugno 2, Riva, sotto il portico di Cavatorta.

Il nunzio Corezola informa il notaio rogatore Rizerio di aver pubblicamente notificato la vendita all'incanto del suddetto appezzamento di terra.

Il nunzio Corezola informa il notaio rogatore Rizerio di aver nuovamente notificato la vendita all'incanto del suddetto appezzamento di terra.

Originale, ACR capsula 2 n. 81-b,c.

(S) Anno Domini millesimo ducentesimo LXV, indicione .VIII., die XI exeunte madio, in Ripa, sub porticu heredum quondam domine Stadaie, in presentia Çaneboni quondam domine Çente et Pegorini de Ture habitatoris nunc Ripe testium rogatorum. Ibique Coreçola viator curie Ripe stetit contentus mihi notario dicens se ex parte domini Pançere de Arco vilici Ripe per dominum Egnonem episcopum Tridenti cridasse et alta voce preconie.asse per consueta loca et angulla Ripe, dicens si aliqua persona vellit emere unam peciam terre aratorie iacentem in Briono ad Sablonem, coheret a mane Testus, a meridie Bonaventura Bertoloti, a sero via et a nulla ora Tealdus, que terra fuit dicti Tealdi, exstimata per exstimatores comunis Ripe XII libras Veronensium, ad postulacionem Albertini de Malcoredo sindici fraternitatis Sancti Michaelis de Ripa a satisfac[iendum] eum de suo debito, quod hodie ad X dies sit coram dicto vilico quod faciet vendicionem plus offerenti, secundum iuris ordinem.

^{ssss} Così nel ms.

^{tttt} libras sopra il rigo

^{uuuuu} per locos cassato

Ego Riçerius notarius sacri pallacii his interfui et rogatus scripsi.

(S) Anno Domini millesimo ducentesimo LXV, indicione .VIII., die secundo intrante iunio, in Ripa, sub porticu Cavatorte, in presentia dicti Cavatorte et Calveti de Gargnano testium rogatorum. Ibique Coreçola viator stetit contentus mihi notario dicens se ex parte domini Pançere per emptionem preconicasse per te[rram] Ripe ad vendendum unam peciam terre iacentem in Briono ad Sablonem, que fuit Tealdi de Ripa, coheret a mane Testus, a meridie Bonaventura Bertoloti, a sero via et a nulla ora Tealdus, exstimata per exstimatores comunis Ripe XII libras, ad postulacionem Albertini sindici fraternitatis Sancti Michaelis de Ripa a satisfac[iendum] eum de suo debito, dicens si aliqua persona vellit emere quod ad X dies sit coram dicto vilico quod faciet vendicionem plus offerenti, secundum iuris ordinem.

Ego Riçerius notarius sacri pallacii his interfui et rogatus scripsi.

1266 luglio 23, Riva, sotto il portico di Graziadeo di Mocio.

Il nunzio Corezola comunica al notaio Rizerio di aver pubblicamente annunciato nel territorio del comune di Riva che i legittimi eredi del defunto Tealdo da Riva si presentino al vescovo di Trento Egnone, in quel momento residente a Riva, e che diano il loro consenso alla trasmissione della proprietà di un appezzamento di terra arativa posto al Brione, in località 'al Sabbione', che appartenne al defunto, ad Albertino di Malcoredo, sindaco-procuratore della confraternita di S. Michele di Riva, che era stato valutato dagli estimatori del comune di Riva 12 lire di denari piccoli veronesi.

Originale, ACR capsula 2 n. 89-a.

Regesto: Tovazzi, *Inventariumm*, pp. 43-44.

Pergamena in discreto stato di conservazione. Qualche foro qua e là.

(S) Anno Domini millesimo ducentesimo LXVI, indicione .VIII., die VIII exeunte iulio, in Ripa, sub porticu Gratiadei Mocii, in presencia dicti Gratiadei, Omneboni notarii et Nicolai notarii testium rogatorum. Ibique Coreçola viator venit et contentus stetit mihi notario dicens preconizase et alta voce cridase per angula terre Ripe si aliqua persona esset que vellit esse heres Tealdi de Ripa vel defendere eius bona quod hinc ad diem lune proximum esse debeat coram domino Egnone episcopo Tridenti ad faciendum te[n]utam Albertino Malcoredi tamquam sindaco fraternitatis Sancti Michaelis de Ripa de una^{vvvv} terre aratorie iacente ad Sablonum exstimata per exstimatores Ripe XII libras.

Ego Riçerius notarius sacri pallacii his interfui et rogatus scripsi.

1266 luglio 27, Riva, nella casa che era del fu Waudo e che ora possiede Odorico Pancera, signore d'Arco.

Non essendosi presentato nessuno né in qualità di legittimo erede né di acquirente del terreno, il vescovo di Trento Egnone vende e trasmette la proprietà del medesimo ad Albertino di Malcoredo, sindaco-procuratore della confraternita di S. Michele, a completa soluzione di un debito di 10 lire contratto dal defunto Tealdo con la stessa confraternita di S. Michele.

Originale, ACR capsula 2 n. 89-b.

(S) Anno Domini millesimo ducentesimo LXVI, indicione .VIII., die V exeunte iulio, in Ripa, in domo que fuit quondam domini Waudi que nunc tenet dominus Pançera de Arco, in presentia fratris Çenarii prioris Sancte Marie Incoronade, Çordani de Gayso de Meço, Enverardi Todeschi et Benedicti de Ripa testium rogatorum. Ibique dominus Egno episcopus Tridenti visis cartis tenute date^{wwwww} Albertino Malcoredi tamquam^{xxxxx} sindaco fraternitatis Sancti Michaelis de Ripa de bonis domini Tealdi de Ripa valentibus X libras Veronensium et expensis, et visa carta exstimacionis facte de quadam pecia terre aratorie iacente in pertinentiis Ripe^{yyyyy} in loco ubi dicitur ad Sablonum que fuit dicti Tealdi, coheret a mane Bonaventura Testus, a meridie Bonaventura quondam Bertoloti, a sero via et a nula ora dictus Tealdus - quedam pecia terre exstimata fuit per exstimatores comunis Ripe XII libras Veronensium, et visis eciam^{zzzzz} terminis cridatis dictam peciam terre ad vendendum plus offerenti, et viso eciam termino statuto heredibus dicti Tealdi vel alicui volenti defendere eius bona ut essent coram dicto domino episcopo ad faciendum datam et vendicionem de dicta pecia terre eidem Albertino tamquam sindaco dicte fraternitatis^{aaaaa} in solum pro dictis X libris Veronensium pro sorte et XL solidis Veronensium pro cartis et viatore, et nemo comparuit, dictus dominus Egno episcopus Tridenti pro se et episcopatu Tridentino et per suos sucesores in solum dictarum X librarum pro sorte et XL solidorum pro expensis fecit datam et vendicionem eidem Albertino

^{vvvvv} Il notaio ha erroneamente omissso pecia

^{wwwww} Bene cassato

^{xxxxx} Segue si nel ms.

^{yyyyy} Ripa nel ms.

^{zzzzz} et cassato

^{aaaaa} unde cassato

Malcoredi tamquam si[ndic]o^{bbbbbb} dicte fraternitatis Sancti Michaelis de Ripa et pro dicta ecclesia de dicta pecia terre suprascripta iacente ad Sablonum; tali pacto quod dictus Albertinus syndicus et sindicario nomine pro ipsa^{cccccc} ecclesia debeat habere, tenere, uti et possidere, et quicquid^{dddddd} vellit inde facere faciat, et dedit ei verbum intrandi tenutam, promitens dictus dominus [Egno]^{eeeeee} episcopus per se et suos sucesores dicto Albertino tamquam sindaco aut cui dederit defendere et warentare ab omni persona a violencia, in pena dupli tocius dampni et dispendii, sicut pro tempore fuerit meliorata aut plus valuerit in exstimatione bonorum hominum in consimili loco, et si plus dicto precio valeret nomine donacionis inter^{fffff} vivos ut amplius revocari non possit, ei dedit et donavit ac eum investivit et suo nomine desiit possidere, salvo omni suo iure dicti Albertini tamquam sindici dicte fraternitatis Sancti Michaelis in personali et ypothecari actione^{gggggg} quod habeat regressum ad suas pristinas vel primas actiones, si aliquo tempore evinceretur, renuntians legi dicenti solutio quod debetur omnis tollitur obligacio.

Ego Riçerius notarius sacri pallacii his interfui et rogatus scripsi.

^{bbbbbb} *Foro a forma di piccolo cuore*

^{cccccc} *Lettura incerta*

^{dddddd} *Segue ve*

^{eeeeee} *Lacuna del nome per piccolo foro*

^{fffff} *s cassato*

^{gggggg} *actione ripetuto*

1266 ottobre 28, nel borgo di Riva, nella curia dei preti.

Antonio, arciprete della pieve di S. Maria di Riva, e il prete Basalico, con il consenso degli altri chierici della pieve, assegnano in locazione per 29 anni a Delaido soprannominato 'Monegato' da Arco un appezzamento di terra arativa posto nel distretto di Arco, in località *Çentgram*, per il canone annuo di una galeta di frumento secondo la galeta di Riva, da condurre nella *canipa* della chiesa rivana nel giorno di S. Maria di metà agosto. Il locatore consegna un cappone quale *intratega* dell'investitura.

Originale, ACR capsula 2 n. 49.

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, p. 20.

Pergamena in buono stato di conservazione. Qualche macchia di umidità qua e là. Nella sottoscrizione il notaio ricorda di aver vergato due copie del presente atto.

(S) Anno Domini millesimo CC LXVI, indictione VIII, die iovis quarto exeunte octubri, in burgo Ripe, in curia presbiterorum, presentibus Raçeto de Arco et Bonçagnino fabricatore et alliis testibus. Ibique dominus Antonius archipresbiter et dominus Baxalicous et Bergogna fratres Sancte Marie plebis Ripe pro se et nomine et vice dicte plebis et eorum fratrum domino Viviono^{hhhhh} et Francisco fratresⁱⁱⁱⁱⁱⁱ dicte plebis et eciam dicti dominus Antonius archipresbiter et dominus Baxalicous tamquam sindici et procuratores dicte plebis et eorum fratrum pro se et eorum fratribus et dicta ecclesia et capitulo^{jjjjj} dicte ecclesie, nomine locacionis hinc ad XXVIII completos investiverum Delaitum cui Monegatus dicitur de Arco de una pecia terre aratoria iacente in plebatu Archi ubi dicitur Çentgram, coheret ei a mane domina Biatrix filia Montenere condam Salvaterre de Arco, a sero Luterius filius^{kkkkk} Arcebardi de Arco, a meridie Bonfantus^{lllll} filius Vivioni de Canipa, a nuliaora dictus Luterius filius Pauli, et forte alie sunt sibi coherentie, ad fictum redendum anuatim omni anno in festo sancte Marie dimedii agusti vel ad octavam unam galetam boni et pulcri et sichi furmenti^{mmmmmm} ad galetam Ripe dicto domino Antonio et eorum fratribus aut eorum succesoribus. Tali modo et ordine fecerunt dictam locacionem dicto condutori quod ipse condutor et sui heredes conducere deberent dictum fictum in canipa dictorumⁿⁿⁿⁿⁿⁿ locatorum et eorum succesorum suo periculo et suis propriis expensis aut dictum^{ooooo} super se sit. Et si non atenderit vel contrafecerit per se vel eorum heredum vel^{ppppp} alicuius interposite persone induplet fictum secundum usum et formam locacionibus promittendo dicti locatores per se et eorum^{qqqqq} fratribus absentibus et dicta ecclesia et capitulo dicte ecclesie dicto^{rrrrr} contuctori et suis heredibus dictam locacionem totam vel in parte ab omni contradicente ac impediente persona defendere et warentare ac expedire suis propriis expensis et dicte ecclesie cum racione, in pena dupli tocius damni et dispendii sive pro tempore fuerit meliorata aut plus valuerit in extimacione bonorum virorum in conscimili loco, dando ei condutori parabolam intrandi tenutam et sua auctoritate ingredi tenutam iuserunt; dando eis intrategam unum cauponem.

Ego Nicolaus notarius domini Egnonis episcopi Tridentini sacri pallacii interfui rogatus et duo instrumenta unius tenoris^{sssss} suprascripte carte^{ttttt} locacionis consonancia scripsi.

^{hhhhh} clerico cassato

ⁱⁱⁱⁱⁱⁱ Così nel ms.

^{jjjjj} capitulo nel ms.

^{kkkkk} de cassato

^{lllll} filiutorii cassato

^{mmmmmm} Così nel ms.

ⁿⁿⁿⁿⁿⁿ conductorum cassato

^{ooooo} Lettura incerta

^{ppppp} eorum su cassato

^{qqqqq} succesorum cassato

^{rrrrr} Lettera cassata

^{sssss} tenos nel ms.

^{ttttt} scrpsi cassato

1268 novembre 3, Riva, nella curia della canonica.

Giovanni della fu Caradona da Riva, alla presenza di suo figlio Zilemberto, vende ad Antonio, arciprete della pieve di S. Maria di Riva, due appezzamenti di terra aratoria posti nel territorio di Riva, '*citra Plaçum*', per la somma di 22 lire e mezzo di denari veronesi.

Originale, ACR capsula 2 n. 90. Sul verso di mano di epoca non individuata: «Credo quod sint orti et casamenta plebis apud cimiterium Sancti Michaelis».

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, p. 44.

Pergamena in discreto stato di conservazione. Abrasioni e macchie di umidità qua e là. Grafia a volte di non facile decifrazione.

(S) Anno Domini .millesimo.CC.LXVIII., indicione .XI^a., die dominico tercio intrante novembri, in curia canoniçe de Ripa, in presentia Oteboni notarii et Ricerii notarii et Petri barberii et Iohannis Avinatis et aliorum testium. Ibique dominus Iohannes condam domine Caradone de Ripa, presente suo filio Çilemberto, confessus et manifestus fuit se nomine et certi et finiti precii acepisse a domino Antonio archipresbitero plebis Ripe .XXII. libras et dimidiam denariorum Veronensium, in quibus denariis et precium dominus Antonius archipresbiter dixit quod VI libre de suprascriptis denariis^{uuuuuu} et precii fuerunt de uno prato quod ipse^{vvvvvv} sui fratres vendiderunt Luterio condam Poli^{wwwwww} de Vilino de Arco, et promitens dictus dominus Iohannes exceptioni non dati et soluti precii et in se bene habere et dixit et confessus fuit et renunciens exceptioni doli, mali et in factum, pro quo quidem vero precio dictus dominus Iohannes per se et suos heredes nomine vendicionis ad proprium pro libero et expedito alodio investivit dominum Antonium archipresbiterum de Ripa recipientem nomine et vice dicte plebis de duabus peciis tere iacentibus citra Plaçum; coeret

uni petie tere a mane, a meridie, a nulli ora dicta eccllesia Sancte Marie plebis de Ripa, a sero via comunis; coeret alteri pecie tere a mane dicta eccllesia, a meridie Bocaranus, a nulli ora Flaconetus et Bertolotus Gracii, a sero via comunis, et forte sunt [inde] alie coerencie; una cum iuribus suis, racionibus, acionibus, ingressibus et regressibus suis superioribus et inferioribus et tociisque^{xxxxxx} suis pertinenciis usque ad vias publicas^{yyyyyy}; tali pacto et ordine quod dictus dominus Antonius archipresbiter de Ripa et subcesores dicte plebis de Ripa habeant et teneant et quicquid voluerint facere faciant iure proprietario sine contradicione dicti domini Iohannis et suorum heredum, promisit quoque dictus dominus Iohannes per se et suos heredes dicto domino Antonio archipresbitero de Ripa et suis subcesoribus dicte plebis dictas pecias venditas totas vel in parte legitime defendere, warentare et expedire ab omni persona impediante cum rac[ionibus] suis exspe[n]sis sicut pro tempore fuerit meliorata aut magis valuerit in consimilis locis sub exstimacione bonorum hominum et prosic atte[ndere] [et] de[fendere]^{zzzzzz}, dictus dominus Iohannes per se et suos heredes obligavit dicto emptori recipiente nomine et vice dicte plebis omnia sua bona presentia et futura iure pignoris et per eum se possidere manifestavit; et si dicta vendicio plus valeret dicto precio dictus dominus Iohannes nomine donacionis que dicitur inter vivos ita quod per aliquam ingratitudinem revocari non posit ei emptori investivit et donavit, et dedit dictus dominus Iohannes dicto domino archipresbitero licentiam et auctoritatem intrandi in tenutam et corporalem possessionem dicte rei vendite sua auctoritate.

Ego Omnebonus notarius regis Coradi interfui rogatus et scripsi.

^{uuuuuu} denariis sopra il rigo

^{vvvvvv} Così nel ms.

^{wwwwww} Probabilmente il Luterius filius Pauli confinante ricordato nel doc. precedente n. 41.

^{xxxxxx} Lettura incerta

^{yyyyyy} plubicas nel ms.

^{zzzzzz} Lettura incerta per estesa abrasione

1270 febbraio 23, Brescia, nella contrada *Calcaria*.

Iostacco Brusiado e Sire da Manervio concedono agli abitanti di Riva un lasciapassare per poter liberamente commerciare nella città di Brescia e nel suo distretto, senza pericolo delle persone o delle cose.

A.C.R. capsula 2 n. 97.

Edizione: A. Castagnetti, *Le comunità*, p. 103.

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, p. 50.

(S) In Christi nomine. Die dominico .XXIII. februarii, in contrata Calcarie civitatis Brixie, presentibus domino Girardino Bruxiado et Iohanne de Teçis de Leno testibus rogatis. Ibique dominus Iostaccus Brusiadus et dominus Sire de Manervio dederunt plenam et liberam fidanciam omnibus hominibus et personis de Ripa episcopatus Tridentini, ita quod Brixiam et per totum districtum Brixie cum personis et rebus et mercathandia venire, stare et redire secure valeant. Promittentes quod neque per se neque per suum nuncium seu aliquam aliam personam suo nomine ipsos non impedient nec inquietabunt nec molestabunt neque in personis neque in avere aliqua condicione vel casu. Que fidancia veniendo, stando et redeundo, hinc ad sanctum Petrum de iunio plenam et integram habeat firmitatem.

Actum est hoc anno Domini millesimo .CC.LXX., indictione XIII.

Ego Peramusius de Leno sacri palatii notarius interfui et rogatus scripsi.

1272 dicembre 17, Riva, nella canonica della pieve.

Antonio, arciprete della pieve di S. Maria di Riva, alla presenza di altri chierici della pieve, concede in locazione a Otto da S. Martino, frazione del distretto di Arco, due appezzamenti di terra aratoiva posti 'al Sabbione, sopra il Credaccio' per un affitto annuo di nove sestari di frumento da consegnare nel giorno di S. Maria di metà agosto.

Originale, ACR capsula 2 n. 91.

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, pp. 44-45.

Pergamena in buono stato di conservazione.

(S) In Christi nomine. Anno Domini millesimo ducentesimo LXXII, indictione XV, die XV exeunte decembri, in Ripa, in canonica plebis Ripe, in presentia fratris Iacobi et fratris Petri de ordine fratrum predicatorum et Nicolai clerici^{aaaaaa} Arci et allium testium. Ibique dominus Antonius archipresbyter plebis Ripe, presentibus et consencientibus suis fratribus pro maiori parte domino Baxalico et domino Viviono et Bregogne et Francisco ac loquelam dantibus pro ea ecclesia, nomine locacionis hinc ad X annos investiverunt Otum de Sancto Martino de plebatu Arci de duabus petiis terres^{bbbbbb} aratorie iacentibus ad Sablonum supra Credacium; coheret prime pecie terre ab uno latere dominus Nicolaus Sosiola de Arcu et ab alio Albertinus Merii et ab alio suprascriptus dominus Nicolaus et ab altero latere via comunis; item coheret secunde pecie terre ab uno latere Galvanus et ab alio Medieuscacus de Arco et ab alio Agustinus Merii et ab altero latere via comunis, et forte allie sunt coherentie; una cum omnibus suis racionibus et actionibus, gresibus et regresibus superius et inferius ad dictas pecias terre locatas pertinentibus usque ad vias plubicas, et ei dedit verbum intrandi in tenutam dicte locationis. Tali pacto quod ipse conductor suique heredes habere et tenere debeant dictam locationem hinc ad predictum terminum a dictis locatoribus, ad meliorandum et non peliorandum, dando et solvendo omni anno, in festo sancte Marie de medio agosto, VIII sextaria boni et pulcri frumenti ad mensuram Ripe, et ad conducendum ad domum dictorum locatorum, alioquin induplare debeant infra octavam, et eciam tali pacto quod ipse dominus archipresbyter et sui fratres dictam locationem non accipient nec ipse eis dimittet hinc ad dictum terminum, sub pena tocius dampni et dispendii, promisit etiam dictus dominus archipresbyter pro se et suis fratribus dicto conductori et suis heredibus defendere er warentare et expedire suis propriis expensis ab omni persona cum racione sub obligatione bonorum^{cccccc} ecclesie.

Ego Delaydus de Ripa notarius sacri pallatii his interfui rogatus et scripsi.

^{aaaaaa} *In fine di parola s cassata con due punti*

^{bbbbbb} *Così nel ms.*

^{cccccc} *bonorum sul margine destro interpolata con un segno di richiamo.*

1273 giugno 6, Riva, davanti alla casa di Giovanni da Passirone.

Desiderato del fu Federico di *Çirisollo*, a nome suo e di suo fratello Altegrado, e Vida, figlio del fu Cirisollo, a nome suo e dei suoi fratelli, stipulano un trattato di pace con la comunità di Riva, rappresentata dal notaio Ricerio, figlio del defunto sarto Martinello. Dopo aver ammesso di aver devastato durante la guerra, iniziata al tempo del podestà di Riva Adelperio (1260), le case e la campagna rivanese, giurano di non attaccare mai più la terra di Riva, se non per ordine della Comunità *Riperie Lacus Gardexane* e della città di Verona. Il procuratore del comune di Riva giura a sua volta che i Rivani interromperanno le controversie e non danneggeranno i beni che Desiderato e Vida possiedono nel distretto di Riva. Per la parte che violerà l'accordo è prevista una pena pecuniaria di 200 lire veronesi.

Originale, ACR capsula 2 n. 92.

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, pp. 45-46.

Pergamena in buono stato di conservazione.

(S) In Christi nomine. Die martis VI intrante iunio, in Ripa, ante domum condam domini Iohannis de P[a]sirono, in qua moratur uxor condam Çordani, in presentia domini Adelpreti iudicis de Tridento qui moratur Ripe et domini Redulfi Papi notarii de Lardero qui moratur Ripe et Omneboni filly domini Bertoldi et Nicolai not[ariorum] de Ripa et Parentini Tab[er]je qui fuit de Arcu et aliorum testium. Ibique Desideratus fillius condam domini Federici de Çirisollo pro se et tamquam curator fratris sui Altegradi et Vida fillius condam domini Cirisolli pro se et fratribus suis et per omnes suos heredes fecerunt finem et remissionem nomine pacis Ricerio notario filio condam Martinelli sartoris de Ripa sindaco hominum comunitatis de Ripa recipienti pro se et nomine vice hominum comunitatis de Ripa et cuilibet singullari persone de Ripa de omnibus iniuriis, ofensionibus e mallivolentiis, mallisdictis, mallis dampnis datis tam in burgo quam extra burgum, de domibus destructis et desipatis arboribus ollivariis, vineis incisis et destructis et generaliter de omnibus dampnis datis tam in rebus quam in personis eis a predicta comunitate de Ripa vel a qualibet singullari persona de Ripa a tempore potestarie Ripe domini Adelperii potestatis tunc Ripe usque ad hunc presentem diem. Ita tamen quod de hinc in antea non liceat eis nec suis heredibus dictos homines de Ripa nec quamlibet singullarem personam de Ripa inquietare nec molestare in aliquo tempore nec dampnificare in rebus nec in personis occasione predicta nec ultra ea que suprascripta sunt venire sive in dicta sive facta nomine pacis semper stare contenti, hoc tamen iniuncto et apposito quod non veniant super homines comunitatis Ripe occasione alicuius insidie occulte facte, salvo tamen quod si per comunitatem Riperie Lacus Gardexane vel civitatis Verone in mandatis reciperent venire super dictam terram de Ripa et venirent quod propter hoc non in telligant venisse contra pacem predictam nec debere chadere in infrascripta pena quam quidem finem nomine pacis et suprascripta omnia et singulla promisserunt per stipulationem per se et per predictos et suos heredes dicto sindaco recipienti pro se et pro predicta comunitate de Ripa et pro qualibet singullari persona de Ripa firma omni tempore habere et tenere et numquam contravenire omni tempore et quod facient confirmare et retificare et iurare firmam habere suprascriptam pacem et finem et omnia supradicta et singulla usque ad unum mensem proximum hoc apposito quod si aliquis predictorum suorum fratrum nolent predicta ad implere quod bona que habent in Ripa tam in burgo quam extra burgum plubicenter^{dddddd} in comune sillicet ea que tantum sibi pertinent. Ex ad verso dictus Ricerius syndicus pro se et dicta comunitate de Ripa et pro qualibet singullari persona de Ripa predictis Desiderato recipienti pro se et fratre suo Altegrado et dicto Vide recipienti pro se et fratribus suis fecit finem et remissionem nomine pacis de omnibus iniuriis, ofensionibus et mallivolentiis, dampnis datis, mallis dictis, mallis factis per eos comuni de Ripa nec alicui singullari persona in rebus nec in personis a predicto tempore infra usque ad hunc presentem diem. Ita tamen quod non liceat predicto sindaco nec predictae comunitati de Ripa nec alicui singullari persone predictum Desideratum et fratrem suum Altegradum et Vidam et fratres suos nec suos heredes inquietare nec molestare, dampnificare in rebus nec in personis alicuius occ[asionis] sicut suprascriptum est; preterea promisit dictus syndicus per se et per dictam comunitatem de Ripa et per quamlibet singularem personam iam dictis Desiderato recipienti pro se et fratri suo Altegrado et Vide et suis fratribus predictam finem et remissionem nomine pacis factam secundum quod superius continetur in omnibus et per omnia omni tempore rata et firma habere et tenere et numquam contravenire per aliquam causam. Que quidem suprascripta et omnia et singulla predictae partes promisserunt se attendere et observare sub pena ducentarum librarum veronensium. Ita tamen quod si aliqua pars non atenderit suprascripta et singulla omnia parti

^{dddddd} Così nel testo.

atendenti nomine pene per stipulationem promisit dare et solvere CC libras Veronensium et quociens contravenerit tociens solvat penam suprascriptam et suprascripta omnia durante in suo robore de quibus suprascriptis et singulis atendendis et observandis dictus syndicus pro se et dicta comunitate de Ripa et pro qualibet singullari persona de Ripa et dictus Desideratus pro se et fratre suo Algrado et Vida pro se et fratribus suis obligaverunt inter se omnia eorum bona et bona dicte comunitatis mobilia et immobilia, presentia et futura et una pars pro alia se tenere possidere manifestavit, iuraverunt quoque predictae partes sancti Dey wangellia^{eeeeee} omnia suprascripta firma et rata habere et tenere et numquam contravenire per aliquam causam.

Quibus omnibus factis iam dictus syndicus ibi presenti per se et per dictam comunitatem de Ripa et per quamlibet singullarem personam de Ripa iam dictis Desiderato recipienti pro se et fratre suo Algrado et dicto Vide recipienti pro se et fratribus suis concessit omnia eorum bona tam in burgo quam extra burgum et omnes possessiones que et quas habebant, tenebant et possidebant ipsi et eorum patres tempore pacis libere habere et tenere, possidere tamquam res suas proprias, promitendo non impedire nec molestare eos nec possidentes per eos in dictis suis bonis sub dicta pena ducentarum librarum Veronensium ipsis observantibus et atendentibus dictam pacem in omnibus et per omnia ut dictum est superius. Completis omnibus predictis nomine pacis inter se ad invicem osculati sunt.

Anno Domini millesimo CC LXXIII, indictione prima.

Ego Açolinus notarius de Ripa sacri palatii interfui et duo instrumenta in uno tenore scripsi.

1273 luglio 17, Riva - nel cortile della canonica.

Antonio, arciprete della pieve di S. Maria di Riva, alla presenza di altri chierici della chiesa rivana, concede in locazione a Giovanni del fu Domenico da Arco due appezzamenti di terra arativa posti 'sopra S. Tommaso', *ad Gleram*, per un canone annuo di una galeta di cereali - mezza di segale e mezza di miglio - da consegnare nel giorno di S. Michele.

Originale, ACR capsula 2 n. 35.

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, p. 15-16.

Pergamena in buono stato di conservazione. Macchie di umidità nella parte superiore e inferiore. Il notaio compie numerosi errori di caso, di concordanza e di altra natura che ha volto ho corretto indicando in nota la forma originale.

(S) In Christi nomine. Anno Domini millesimo ducentesimo LXXIII, indicione prima, die XV exeunte iulio, in Ripa, in curtivo canonice plebis Sancte Marie de Ripa, in presentia fratris Iacobi prioris ^{mmmm} Sancti Nicolay de plebaticu Ripe et ser Albertini qui dicitur Cavacosonus de Arco et Petri notarii et aliorum testium. Ibique dominus Antonius archipresbiter Sancte Marie plebis Ripe, domino Baxalico presbiter et domino Viviono, Bregogne atque Francisco, clerici et fratres dicte ecclesie more solito ad capitulum congregati, nomine locacionis et conducionis in perpetuum investiverunt Iohannem condam Dominici ab hominibus de Arco de duabus petiis terre aratorie iacentis supra Sanctum Tomasium, ad Gleram; coheret prime petie terre a mane via comunis, ab altero latere domina Crescenda de Arco et ab altero latere infirmi qui morantur ^{eggs} ad Sanctum Tomasium; secunde pecie terre a mane via comunis, ab altero latere Çirol di de Arco et ab altero latere Iohannes qui dicitur Cocus de Cologna, et forte allie sunt coherentie; una cum omnibus suis racionibus et accionibus, gresibus et regresibus superius et inferius ad dictas petias locatas pertinentibus, usque ad vias plubicas; et ei dedit verbum intrandi in tenutam. Tali pacto quod ipse Iohannes conductor suique heredes habere et tenere debeant dictam locacionem a dictis locatoribus ad meliorandum et non peliorandum, dando et solvendo omni anno in festo sancti Micaelis vel ad octavam unam galetam blave, silicet dimediam siliginis et dimediam milei, et ad conducendum ad domum dictis locatoribus suis propriis expensis, alioquin infra octavam induplare debeant; liceat eis ius suum vendere vel donare quibus voluerint, exceptis militibus, servis vel areticis vel locis religiosis, salvo quod si quis illorum ius suum vendere voluerit, debeat enim alteri denonciare et dare volenti emere pro .X. solidis minus quam aliis de eo quod ab altero habere posset in veritate, et si emere noluerit, facta denonciacione, infra XXX dies postea vendat cui voluerit, exceptis suprascriptis personis, set tali persone que non impediatur utrumque de sua racione vel que bene attendant omnia suprascripta, ita quod si ^{hhhhhh} ipse impediretur de suo attendere teneantur, pro quibus vero omnibus attendendis et observandis utrumque pars vicisim penam .C. solidorum Veronensium intra se possuere; pena vero soluta postea attendere teneantur sub eadem obligacione pene; et quociens pena comissa fuerit tociens peti et exigi possit pro qualibet vice et capitulo non observato et non attendito, et una pena exacta allia non inteligatur, est ⁱⁱⁱⁱⁱⁱⁱ remisa per partem attendentem a parte non attendenti; promiserunt autem dictis locatores pro se et suis sucesoribus dicto Iohani condutori suisque heredibus aut cui dederit dictam rem locatam ab omni contradicenti persona con racione defendre et warentare et expedire suis propriis expensis in pena dupli tocius damni et expendii, secundum quod pro ⁱⁱⁱⁱⁱⁱⁱ tempore fuerit meliorata aut plus valuerit in consimili loco sub exstimacione bonorum hominum; pro quibus vero omnibus attendendis utraque pars vicisim inter se obligavit omnia sua bona presentia et futura et supeletilia mobilia et immobilia, et unus pro altero se possidere manifestavit.

Ego Delaydus de Ripa notarius sacri palatii his interfui rogatus et scripsi.

^{mmmm} priorem nel ms.

^{eggs} moratur nel ms.

^{hhhhhh} si sopra il rigo

ⁱⁱⁱⁱⁱⁱⁱ Lettura incerta del segno

ⁱⁱⁱⁱⁱⁱⁱ pro sopra il rigo

1274 ottobre 14, Riva, davanti all'abitazione degli eredi del defunto fabbro Albertino.

Francesco, figlio del fu Pace e della signora Pace da Riva, dopo aver dichiarato di vivere secondo la legge romana e di aver ricevuto in dote tra denaro e altri beni 55 lire di piccoli veronesi, sposa Fiordigemma, figlia del fu Albertino di Brusafero da Riva.

Originale, ACR capsula 2 n. 52.

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, pp. 22-23.

Pergamena in discreto stato di conservazione. Inchiostro scolorito nella parte inferiore sul lato destro.

(S) Anno Domini millesimo ducentesimo LXXIII., indictione secunda, die dominico XIII intrante octubri, in Ripa, ante domum habitacionis heredum condam Albertini fabri, presentibus Beletino condam Bertoldi de Wulpe, Meyorançia condam domini Borçagini, Bertoloto condam Graçii de Ripa, Vitallo condam Benevenuti de Leudro et Petro barberio de Ripa et alliis testibus. Ibique Francischus^{kkkkkk} condam Pacis et filius domine Pax de Ripa contentus et manifestus fuit se lege vivere Romana^{llllll}, contentus et manifestus fuit se in dotem accepisse ab eius sponsa et uxore Fordegema filia condam Albertini Brusaferi de Ripa inter denarios et alias rex exstimas quinquaginta V libras Veronensium parvorum, et renunciatis exceptioni non date et numerate pecunie et^{mmmmmm} tradite dotis et exceptioni doli, mali aut in factum, per quam vero dotem ipse Francischus per se et suos heredes investivit eamⁿⁿⁿⁿⁿⁿ Flordegemam eius sponsam de omnibus suis bonis tam mobilibus quam immobilibus ubique ipsa se tenere voluerit, val[entibus]^{oooooo} dictam dotem et totidem pro donatione, tali pacto et concordio inter eos habito quod si ipsa eius sponsa et uxor^{pppppp} decederit ante eius virum Francischum sine comuni herede ex eis nato durante matrimonio, [quod]^{qqqqqq} ips[e] debeat lucrari medietatem dicte dotis et totam donationem et altera medietas dotis debeat restituere suis proximioribus, et [de] converso, si dictus Franceschus eius vir decederit ante eam suam sponsam et uxorem sine comuni herede durante matrimonio, quod ipsa debeat habere totam suam dotem integram et medietatem donationis^{rrrrrr}, et ita in tali pacto et concordio fuerunt et steterunt. Unde ibi incontinenti per verba de presentibus cum anulo maritali desponsavit.

Ego Iacobinus sacri palatii notarius interfui rogatus et una cum domino ...^{ssssss} notario suprascriptam cartam facere debebam et scripsi.

^{kkkkkk} Francinchus *nel ms.*

^{llllll} Romanam *nel ms.*

^{mmmmmm} exc cassato.

ⁿⁿⁿⁿⁿⁿ Fordel cassato.

^{oooooo} Dopo val lacuna di due o tre lettere (inchiostro scolorito) sovrastate da un segno di abbreviazione.

^{pppppp} uxore *nel ms.*

^{qqqqqq} Lacuna colmata sulla base della stessa formula usata poco oltre.

^{rrrrrr} Parola cassata.

^{ssssss} Lacuna del nome del secondo notaio incaricato di rogare l'atto.

1275, febbraio 7, Riva, nella casa del testatore.

Testamento del signor Bonora *staçonarius* da Preore, che ora abita a Riva.

Originale, ACR capsula 2 n. 29. Sul verso di mano del sec. XIII: «Carta testamenti domini Bonore stazonerii».

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, pp. 12-13.

Pergamena in pessimo stato di conservazione. Slabbratura del margine superiore, lacerato in tre punti, uno dei quali sede del *signum tabellionis*. Vaste abrasioni e numerosi punti dove l'inchiostro è assai scolorito rendendo difficile la lettura.

[(S) Anno Domi]ni millesimo ducentesimo LXXV, indictione tercia, die VII intrante fe[bru]ario, in Ripa, in domo] testatoris, presentibus Gardexano Sole et Fostino Gambe et Silvestro merça[der] [et eius fratre] Iohanne et Iacobino domini Benevenuti et domino Baxallico atque Melliolo n[otario] et alliis testibus rogatis. Ibique dominus Bonora staçonarius de Prevoro nunc habitator Ripe, iacens infirmus in lecto ad huc sane mentis et recte loquencie, timens incertum diem mortis et umanam naturam cito labi ne ab intestato decederet et ne aliqua de suis bonis inter suos proximiores post suum decessum oriretur contencio, testamentum per nuncupatione[m] condere propos[uit]. In primis sic dicens: «Volo et ordino quod heredes mei infrascripti debeant me facere seppelliri aput ecclesiam Sancti Michaelis de Ripa. Item lego et iudico [pro] remedio anime mee domino Baxallico presbitero de Ripa XX solidos Veronensium; item lego et iudico domino Viviono clerico de Ripa V solidos Veronensium; item lego et iudico ospitali de Ripa IIIII saconos et volo quod sint de panno novo; item lego et iudico eremitte qui moratur aput ospitalem de Ripa unam tunicam novam de panno gressio; item lego et iudico infirmis de Sancto Tomaxio duos saconos de panno novo; item lego et iudico ecclesie Sancti Alexandri X solidos ad inluminandum dictam ecclesiam; item lego [et iu]dico ecclesie Sancti Nicolai de Ripa X solidos pro inluminaria dicte ecclesie; item lego et relinquo III libras ecclesie Sancte Marie de Ripa ad inlalandum eam; item lego et iudico domine Benevenute uxori condam domini Dellaiti mei patris XVI libras Veronensium; item volo et ordino quod heredes mei infrascripti debeant dare et destribuere inter pauperes, pro remedio anime mee, unum m[odi]um frumenti factum in pane et IIIII galetas de fabis ad faciendum eis unam caritatem; item volo et ordino quod heredes mei infrascripti, dum vixerint, anuatim, in die veneris sancto, debeant dare et d[es]tribuere unam galetam salis inter pauperes pro anima mea; item volo et ordino quod heredes mei debeant dare et destribuere LX bracia] panni [de] lino ad faciendas camissa]s pauperibus; item lego et iudico sororibus Sancti Dominici de Surbano^{tttttt} que morantur aput Tridentum medium modium olei; item lego et iudico fratribus predicatoribus de Tridento medium modium olei; item volo et ordino quod archipresbiter de Tyono et Parixius notarius condam Pace et mea uxor Semperbona sint et esse debeant mei fideles commissarii ad dandas, destribuendas pro male ablatis hominibus de ultra Durono CCC libras Veronensium et volo et ordino quod infrascripti mei heredes debeant et teneantur dare suprascriptis meis fideicommissariis dictas CCC libras Veronensium pro solvendis dictis male ablatis que invenirentur per me esse ablata ultra Duronum, eo salvo quod si dicte CCC libre non s[at]isfacerent ad predicta male ablata restituenda predictis hominibus de ultra Duronum, quod suprascripti mei heredes integraliter teneantur suplere et dictis commissariis designare ut predicta male ablata restituant, [et] si aliquid superfuerit de dictis CCC libris, volo quod dicti fidei commissarii debeant restituere et reddere infrascriptis meis filiis, [et] suprascripta committo eis fideicommissariis [quod] debeant fa[cere] secundum quod dixit super animas^{uuuuuu} eorum; item volo et ordino quod dominus Baxalic[us] presbiter de Ripa et domina Semperbona uxor mea debeant dare et destribuere pro male ablatis que abui et recepi ... Ripe et ...^{vvvvvv} in Tenno L libras Veronensium et ...^{wwwwww} eorum. Inde committo quod predicta debeant facere et precipio infrascriptis meis heredibus quod debeant eis dare dictas L libras ad predicta male ablata restituenda, eo salvo quod si dicte L libre non sufficerent ad predicta male ablata restituenda, quod infrascripti mei heredes teneantur suplere et si aliquid superfuerit de dictis L libris reddatur et resti[tuatur] heredibus meis; item volo et ordino quod [uxor mea] Semperbona abeat CCL libras Veronensium, computata dote sua in dicta summa CCL libris Veronensium; item volo et ordino quod dicta [Semperbona] sit dona et domina et massaria [in] domo mea, dum in castitate permanere voluerit cum filiis meis et si, occasione

^{tttttt} Nel ms. si legge Subano: l'eventuale segno abbreviativo per *τ* sovrascritto è coperto da una macchia d'inchiostro. La lezione adottata sulla base del regesto del Tovazzi.

^{uuuuuu} Lettura incerta

^{vvvvvv} Lacuna di una parola

^{wwwwww} Lacuna di una parola scritta sopra il rigo

aliqua, cum meis filiis permanere noluerit et tamen caste vivere voluerit, relinquo ei domum meam iacentem penes Cristianum, cui coheret ab una parte canipa ab oleo dicti Bonore et ab alia Cristianus et ab alia via comunis, quam volo quod ipsa debeat habere et tenere usque [viveret] vittam ipsa in castitate permanente, ut dictum est; item volo et ordino quod heredes mei infrascripti teneantur hemere totos cupos unde possit complere [co]pertura ecclesie Sancti Francischi de Ripa cum illis cop[is] qui nunc sunt in eadem ecclesia, salvo eo quod non [teneantur] coperire ultra muros ecclesie, et hoc volo quod dicta ecclesia seu dicte ecclesie debeant habere pro remedio anime mee; item lego et iudico Antonie mee filie que prenominate luite... CCC libras Veronensium et in hoc volo quod sit tacita et contenta iure institutionis et falcidie et bonorum meorum subsidio. In omnibus aliis meis bonis ubicumque sint vel inveniri possint instituo Vivianum et Antonium filios meos equaliter mihi heredes, et si unus dictorum meorum filiorum sine heredibus ex se descenditibus quandocumque ab intestato decesserit, volo quod alter supervivens ei succedat; item volo et ordino quod dicta domina Semperbona uxor mea et dictus Parixius notarius et Iohannes frater Silvestri de Prevoro presentes debeant esse tutores dictorum meorum filiorum, et eis meis filiis dictam dominam Semperbonam et Parixium et Iohannem tutores testamentarios instituo; et hoc volo quod sit meum ultimum testamentum et mea ultima et perfecta voluntas quam volo, unde iure [testa]menti et iure codicillorum et iure donationis causa mortis vel inter vivos et quocumque iure melius vallere et tenere potest volo quod valeat et teneat.

Ego Nicolaus notarius domini Egnonis^{xxxxxxx} episcopi Tridentini sacri pallatii interfui [rogatus] et plu[ra] instrumenta istius tenoris scripsi.

^{xxxxxxx} Il medesimo notaio ha rogato un documento del 1266 qui edito (n. 41), del quale ci siamo serviti per integrare le parti della sottoscrizione di difficile lettura. Egnone fu vescovo di Trento fino al 1273.

1276 agosto 27, Riva, davanti alla casa del fu Cavatorta e davanti alla casa del comune.

Corezola, nunzio della curia trentina, per conto di Gendello, vicario del vescovo di Trento Enrico, comunica agli abitanti di Riva che sono stati destinati all'incanto alcuni beni immobili posti in Riva, di cui è indicata la valutazione: una casa posta *in hora Calderariorum* (40 lire), la metà di un orto con olivi posto *post Pallatium* (10 lire), la metà di due vigneti posti *ad Busedum* (10 lire), e che chi volesse acquistarli deve presentarsi a Gendello o al vescovo stesso.

Originale, ACR capsula 2 n. 62.

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, pp. 26-27.

Pergamena in buono stato di conservazione, eccetto una slabbratura sul lato destro in alto.

(S) Anno Domini millesimo ducentesimo quinq[ua]gesimo XXVI], indictione quarta, in Ripa, ante domu[m] ...^{yyyyyy} Cavatorte et ante domum comunis, die iouis qui[nto] exeunte^{zzzzzz} agosto, in presentia Andrigheti de domina Maria et Benevenuti filii condam Iacobini de S...eno et Iohannis condam filii Gratiadei de Murio et Ycilini viatoris et aliorum. Ibique Coreçolla viator curie Tridentine et ex parte domini Gendelli vicarii domini Henrici episcopi Tridenti preconizavit alta voce in predictis locis et ante domum comunis, ut consuetum est fieri in pluribus et consuetis locis^{aaaaaaa} Ripe, quod si est aliqua persona seu personis que velit emere domum unam postitam^{bbbbbbb} et distitam in Ripa cum suis coherentibus iacentem in hora Calderatorum exstimatam .LX. libras Veronensium, et medietatem unius pecie terre ortalive cum olivis superhabentibus iacentis in pertinentia Ripe post Pallatium cum suis coherentibus, .X. libras Veronensium; item medietatem duarum peciarum terre vidate iacentium in pertinentia Ripe ad^{ccccccc} Busedum cum suis coherentibus, .XV. libras Veronensium, [et] cum omnibus rationibus et actionibus pertinentibus possessionibus; dicens sic dictus Coreçolla viator quod si est aliqua persona seu persone que velit emere, quod veniat coram dicto Gendello vel coram dicto domino^{ddddddd} episcopo quod faciet sibi cartam venditionis secundum iuris ordinem plus offerenti usque ad diem lune, et hoc etiam preconizavit vice una duabus habet, et hoc quidem fecit pro satisfaciendo domine Margarete de dote sua.

Ego Bertoldus notarius sacri pallatii interfui rogatus et scripsi.

1277 luglio 29, Riva, nella casa di Odorico Pancera d'Arco, in cui abita il giudice Alberto da Brescia.

Corezola, nunzio della curia trentina, annuncia al notaio rogatore che per decisione di Giacomino *de Nauts*, vicario di Odorico Pancera d'Arco, gastaldo di Riva, ha trasmesso a Margherita, moglie del fu Girardo di Volpe da Riva, tutrice dei suoi figli, il diritto di proprietà sui beni che la defunta Rivana possedeva nel territorio di Riva, come risulta nel documento siglato dal notaio Riprandino il 28 luglio 1277.

Originale, ACR capsula 2 n. 23.

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, pp. 10-11.

Pergamena in buono stato di conservazione. Un foro del diametro di 2 cm. in prossimità del margine inferiore destro.

(S) In Christi nomine. Anno Domini millesimo ducentesimo .LXXVII., indictione .V., die tercio exeunte iulio, in Ripa, in domo domini Pançerie de Arco, in qua habitat dominus Albertus iudex de Brixia,

^{yyyyyy} Lacuna di una parola per strappo marginale, integrabile forse con [condam]. Un atto del 1265 (doc. 37, p. 145) è rogato "sub porticu Cavatorte".

^{zzzzzz} exente nel ms.

^{aaaaaaa} lois nel ms.

^{bbbbbbb} Così nel ms.

^{ccccccc} Sabl cassato. Probabilmente il notaio stava scrivendo Sablonum, toponimo più volte attestato.

^{ddddddd} domino cassato.

in presentia dicti domini Alberti et domini Eçelini qui dicitur Stader de Tridento et Petri barberii et allium testium. Ibique Coreçola viator curie Tridenti venit et contentus stetit mihi notario infrascripto et protestatus fuit quod ex parte Iacobini de Nauts^{eeeeeee} vicarii domini Olderici Pançerie^{mmmf} de Arco gastaldi Ripe et eius precepto dedit tenutam et corporalem posesionem domine Malgarite uxori condam Girardi Vulpi de Ripa tutrici filiorum suorum de bonis et rebus mobilibus et in mobilibus existentibus in terra et teritorio Ripe, que bona fuerunt condam domine Rivane secundum tenorem instrumenti facti per Riprandinum notarium, die .IIII. exeunte iulio, millesimo ducentesimo LXXVII, indictione .V.

Ego Delaydus de Ripa notarius sacri pallatii his interfui et rogatus scripsi.

^{eeeeeee} *Lettura incerta: la t è frutto di una correzione che rende difficile la lettura.*

^{mmmf} *Il tratto sovrascritto per n è frutto di una correzione su una originale abbreviazione per r.*

1278 maggio 15, Riva, nella casa della fu Rivana di Beleto.

Testamento di Beatrice, moglie del fu Giovanni di Ognibene da Passirone, nel territorio di Riva.

Originale, ACR capsula 2 n. 61.

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, p. 26.

Pergamena in cattivo stato di conservazione. Lacerazioni sul margine superiore e nell'angolo superiore sinistro in prossimità del *signum tabelionis*.

(S) [Anno Domini millesimo ducentesimo] LXXVIII, indictione VI, die XV intrante madio, in Ripa, [in domo] condam domine Rivane de domino Beleto, presentibus Brancharello sartore, Bonaventura Sdernato et Bertolameo Iohannis, Richo Ferini, Belino filio Veschevini, Bo...ino condam Peçii, Abramo Piçolpasi, Libanorio notario et alliis rogatis testibus. Ibique domina Biatrix uxor condam domini Iohannis de domino Omnebono de Paxirone de Ripa iacens infirma in lectulo ad huc sane mentis et recte loquendo in testamento quod fuerat scriptum per me infrascriptum notarium secundum^{#####} quod legaverat; dixit et legavit pro eius anima pro ilas V galetas paniçii et siligis quas ipsa mutuavit condam domine domine Domine sint et esse debeant Beladev[er]sis eiusdem eiusdem domine Biatricis filie et eas debeat habere per suas et facere quicquid voluerit; et hoc dico et iu[dico] et volo et de mea voluntate esse volo.

Ego Iacobinus sacri pallatii notarius interfui rogatus et scripsi.

1278 maggio 30, Riva, sotto la casa del comune.

Nicolò di Palma, massaro del comune di Riva, promette di pagare a Odorico Pancera d'Arco, podestà di Riva, 55 lire di piccoli veronesi entro la prossima festa di S. Margherita.

Originale, ACR capsula 2 n. 24.

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, p. 11.

Pergamena in buono stato di conservazione

(S) In Christi nomine. Anno Domini millesimo ducentesimo LXXVIII, indicione VI, die penultimo exeunte madio, in Ripa, sub domo comunis, in presentia Iacobini vicarii et Açolini viatoris et allium testium. Ibique Nicolaus filius domine Palme masarius comunis Ripe nomine et vice comunis Ripe pro verbo et consensu consilii dicti comunis promisit per stipulacionem dare et solvere domino Olderico Pançeria de Arco potestati Ripe LV libras Veronensium parvorum hinc ad proximum festum sancte Malgarite cum omni dampno et dispendio quod dictus creditor fecerit vel venerit pro dictis denariis exigendis et expensas si quas fecerit in eius dicto creditoris sine sacramento reficere promisit sub obligatione omnium suorum bonorum presentium et futurorum et per eum se posidere manifestavit, nominatim pro alliis totidem denariis quos ipse Nicolaus masarius recipientem^{hhhhhhh} nomine et vice dicti comunis confessus et manifestus fuit se habeoⁱⁱⁱⁱⁱⁱⁱ mutuo accepisse et renuncians exceptioni non datorum et numeratorum denariorum et illos denarios in se bene habere dixit. Cuius satisdacionis et promisionis Açolinus notarius pro verbo et consensu domini Benevenuti de Iacobino, et Benevenutus condam domini Iohannis de Rosegino et Brancarelus sartor constituerunt se fideles et principales debitores, renunciantes quod principales debitores prius sint conveniendi quam fide[les] et uterque illorum fidelium obligavit se in solidum ad quem dictus creditor se tenere voluerit de toto vel de parte renonciando quod pro parte deberent convenire et quod alter esset presens et solvendo nove et veteri constitutioni et epistole divi Adriani et ellectio unius non deliberet allium et quod ellectio unius pro parte non deliberet allium pro allia parte et omni legum auxilio eis conpetenti.

Ego Delaydus de Ripa notarius sacri pallatii his interfui rogatus et scripsi.

^{hhhhhhh} Così nel ms.

ⁱⁱⁱⁱⁱⁱⁱ Così nel ms.

1278 dicembre 5, Riva.

Enrico, vicario di Riva per Odorico Pancera d'Arco, podestà di Riva per Enrico vescovo di Trento, su istanza e petizione di Margherita, moglie del fu Girardo di Bertoldo di Volpe, in qualità di tutrice dei suoi figli, stabilisce il termine entro il quale chiunque voglia essere erede del fu Beletino del fu Bertoldo di Volpe si presenti e esponga i suoi diritti.

Originale, ACR capsula 2 n. 74-a.

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, p. 32.

Pergamena in buono stato di conservazione.

(S) Anno Domini millesimo ducentesimo .LXXVIII., indicione VI, die V intrante decembri, in Ripa, ante domum Chavatorte, presentibus Iacobino domini Benevenuti, ...ⁱⁱⁱⁱⁱⁱⁱ filio Bonçanini fabri, Mantowano **molinario** et alliis testibus. Ibique Henrichus vicharius de Ripa per dominum Pançeriam de Arco potestatem Ripe per dominum Henricum episcopum Tridenti, ad instançiam et petitionem domine Malgarite uxoris condam Girardi de Bertoldo de Vulpe^{kkkkkkkk} tamquam tutricis ^{***iiiiiii} suorum filiorum et filiorum et heredum condam domini Girardi statuit terminum perentorium hinc ad proximos XXX dies^{mmmmmmmm} pro primo, secundo et terçio et .I. pro tribus cuilibet persone volenti esse heres aut iveri defensor rogatus pro hereditate et bonis condam Beletini condam Bertoldi de Vulpe, quatenus sit et esse debeat per se vel sufficientem tutorem, curatorem et rogatum ad dictum terminum r(espondeat) et rationem faciatⁿⁿⁿⁿⁿⁿⁿⁿ dicte domine Malgarite tamquam tutrici ^{***oooooooo} dictorum suorum filiorum et filiorum et heredum condam domini Girardi vel suo procuratori, et comisit uni viatorum curie ut denunciaret atque preconizet per burgum Ripe in solitis locis secundum morem alta voce secundum ut ius postulat dictum terminum.

Ego Iacobinus sacri pallatii notarius interfuy rogatus et scripsi.

1278 dicembre 6, Riva, davanti alla casa di Cavatorta.

Corezola, nunzio della curia trentina, comunica al notaio Giacomino di aver pubblicamente annunciato nel borgo di Riva la scadenza stabilita dal vicario di Riva per la comparizione degli eredi legittimi del fu Beletino del fu Bertoldo di Volpe.

Originale, ACR capsula 2 n. 74-b.

(S) Anno Domini millesimo ducentesimo .LXXVIII., indicione VI, die VI intrante decembri, in Ripa, ante domum Chavatorte, presentibus Polinario tabernario, domino Benevenuto domini Iacobini^{pppppppp} et alliis testibus. Ibique Coreçola viator curie warentavit et contentus stetit mihi notario infrascripto dixit se ex parte Hendrici vicharii in Ripa per dominum Pançeriam potestatem Ripe per dominum Henricum episcopum Tridenti, denunçiasse et precepisse atque preconizasse per burgum Ripe alta voce in solitis locis secundum morem solitum^{qqqqqqqq} si est vel esset aliqua persona volens esse heres aut iveri defensor rogatus pro hereditate et bonis condam Beletini condam Bertoldi de Vulpe de Ripa, quatenus sit et esse debeat per se vel sufficientem tutorem aut curatorem vel suficientem rogatum hinc ad proximos XXX dies unum pro tribus peremptorie coram eo domino potestate vel eius vichario r(espondeat) et rationem faciat domine Malgarite

ⁱⁱⁱⁱⁱⁱⁱ Lacuna del nome del teste.

^{kkkkkkkk} Wlpe nel ms.

ⁱⁱⁱⁱⁱⁱⁱ Spazio bianco: lacuna dei nomi dei figli.

^{mmmmmmmm} die nel ms.

ⁿⁿⁿⁿⁿⁿⁿⁿ ad cassato.

^{oooooooo} Vedi nota b.

^{pppppppp} Nell'atto precedente contenuto nella medesima pergamena tra i testi è indicato Iacobino domini Benevenuti. C'è forse un lapsus del notaio che inverte padre e figlio?

^{qqqqqqqq} tolitum nel ms.

tamquam tutrici^{tttttt} ***ssssss dictorum suorum filiorum et filiorum condam domini Girardi de Bertoldo de Wulpe vel eius procuratori et etiam denunciase et precepise Belaveri uxori condam domini Beletini vice et nomine Bertoldi filii et heredis condam domini Beletini, quatenus ipse Bertoldus sit per se vel per sufficientem tutorem, curatorem, actorem rogatum ad dictum terminum coram dicto domino potestate vel eius vichario, respondeat et rationem faciat eisdem heredibus^{tttttt} condam domini Girardi vel e(orum) tutore, actore, curatore vel sufficiente rogato.

Ego Iacobinus sacri palatii notarius interfuy rogatus et scripsi.

53

1279 gennaio 27, Riva, nei possedimenti ricordati nel documento.

Margherita, moglie del fu Girardo di Bertoldo di Volpe e figlia di Yzelino detto *Stadez* da Trento, in qualità di tutrice di suo figlio Beletino, e il detto Yzelino, curatore di Domina, Clara e Elica e attore di suo nipote Beletino, entrano in possesso della metà di un vigneto posto nel territorio di Riva, ai piedi del monte *Zuwardela* (Rocchetta ?), della metà di una casa sita nel borgo di Riva, nella contrada 'dei Calderai', e della metà di un *casamentum*, anch'esso posto all'interno delle mura della città, nella contrada del *Brolo*, presso Albertino di Malcoredo.

Originale, ACR capsula 2 n. 21.

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, p. 10.

Pergamena in buono stato di conservazione.

(S) Anno Domini millesimo ducentesimo .LXXVIII., indicione .VII., die VI^{uuuuuuu} exeunte ianuario, in pertinença Ripe, in infrascriptis posesionibus, presentibus Garato nepoti Benevenuti piliparii^{vvvvvvv} de Yseo, Bocharano condam Bertoldi de Bocharano et alliis testibus. Ibique domina Malgarita uxor condam Girardi de Bertoldo de Wulpe et filia domini Yçelini Stadeçi de Tridento tamquam tutris sui filii^{wwwwwww} Beletini et filii condam domini Girardi et dictus dominus Yçelinus tamquam curator Domine et Clare et Eliche et^{xxxxxxx} ipse tamquam actor dicti Beletini filii condam dicti Girardi intraverunt in tenutam et posesionem sua auctoritate de medietate pro indiviso^{yyyyyyy} unius pecie terre vidate iacentis in pertinença Ripe, adput Pedemontem, a mane via et a sero mons Çuvardele et a nula hora Bonaventura Testus; item de medietate pro indiviso unius domus iacentis in burgo Ripe, in hora Chalderariorum, a sero via comunis^{zzzzzzz} et nula hora^{aaaaaaa} Bonçaninus faber, a meridie Benedictus, a mane^{bbbbbbb} secundum androna; item de medietate pro indiviso unius chasamenti iacentis in burgo Ripe, in hora Broli, aput Albertinum Malconredi et aput Federichum condam Pelegrini de Gayo, nomine et vice omnium^{ccccccc} bonorum^{ddddddd} condam Girardi, pro medietate hereditatum condam domine Domine eius^{eeeeeee} matris pertinenti, cum dichatur esse iuris dictorum pupilorum et eis pertinere.

Ego Iacobinus sacri palatii notarius interfuy rogatus et scripsi.

54

^{ttttttt} tutricis nel ms.

^{sssssss} Vedi nota b.

^{ttttttt} heribus nel ms.

^{uuuuuuu} Rasatura che ha cancellato il tratto per l'unità di VI.

^{vvvvvvv} pliparii nel ms.

^{wwwwwww} et s cassato.

^{xxxxxxx} ipp cassato.

^{yyyyyyy} pro indiviso sopra il rigo.

^{zzzzzzz} a m (iniziale di mane) cassato.

^{aaaaaaa} et nula hora sopra il rigo.

^{bbbbbbb} a mane sopra il rigo, a sero cancellato in tre modi: con tratto, punti sottoscritti e tratti attorno.

^{ccccccc} suorum cassato.

^{ddddddd} sibi cassato.

^{eeeeeee} Segue p forse cassato.

1279 settembre 15, Trento, nel castello del Buonconsiglio.

Il vescovo di Trento Enrico scioglie Brancarello sarto da Riva dal mandato di tutore di Bertoldo, figlio del fu Beletino da Riva che, contro la sua volontà, gli era stato imposto da Blaxio, vicario e podestà di Trento, tramite un documento esemplato su licenza di Graziadeo, giurisperito, giudice e vicario del vescovo di Trento Enrico.

Copia autentica, ACR capsula 2 n. 51, redatta a Trento il 10 ottobre 1279 dal notaio Enrico su incarico di Graziadeo, giurisperito, giudice e vicario del vescovo di Trento Enrico. La formula di autenticazione ha il seguente tenore: «(S) Anno Domini millesimo .CC°.LXXVIII., indictione VII^a, die martis .X. intrante octubri, Tridenti, in pallatio episcopatus, in presentia Bertolamei, Riprandi, Martini notariorum et aliorum testium. Ibique dominus Graciadeus doctor legum, iudex et vicharius domini Henrici Dei gratia episcopi Tridentini, dedit verbum, licentiam et auctoritatem mihi Henrico notario infrascripto exemplandi infrascriptum instrumentum cuius tenor talis est»:

«Ego Henricus sacri pallatii notarius hoc exemplum ex autentico sumens fideliter exemplavi de licentia et auctoritate suprascripti domini Gratiadei vicharii, meum signum possui et me subscripsi».

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, p. 22.

Pergamena in ottimo stato di conservazione.

+ Anno domini millesimo .CC°.LXXVIII., indictione .VII^a., die .XV. intrante septembri, Tridenti, in castro Boniconscilii, in presentia dominorum Aproyni et eius filii Çellemie de Castro Novo et Valeriani notarii et aliorum rogatorum testium. Nos Henricus Dei gratia episcopus Tridenti, cum Brancharolla sartor de Ripa coram nobis comparuerit dicens quod contra eius voluntatem et propter preceptum sibi factum^{mmmm} receperit quandam tutelam Bertoldi filii condam Beletini de Ripa coram domino Blaxio vichario nostro et potestate Tridenti, et modo nolebat esse tutor ipsius pupilli, rogando nos quod ipsum ab ipsa tutela revocemus, hoc audito ipsam tutelam datam eidem coram dicto domino Blaxio quamvis esset de nostra voluntate, quod ignoramus, revocamus ac eciam cassamus eandem et nullius valoris esse pronunciamus absolvendo ipsum ab ipso officio tutorie quia contra suam voluntatem receperit ipsum tutorium et non vult amplius esse tutor ipsius pueri; hoc addito quod si ipse Brancharolla aliquid de bonis et rebus ipsius Bertoldi pupilli recepisset vel habuisset, quod diligenter debeat reddere ius administrationis sue propinquioribus ipsius pueri ipso presente seu aliis bonis viris presentibus et cartam ipsius tutorie^{eeeeeeee} etiam revocamus.

(S) Ego Zacheus sacri pallatii notarius huic interfui et rogatus scripsi.

^{mmmm} per cassato.

^{eeeeeeee} tutore nel ms.

1279 settembre 15 Arco, nella piazza.

Odorico Pancera d'Arco, in qualità di gastaldo di Riva per il vescovo di Trento Enrico, su istanza di Margherita, moglie del fu Girardo e tutrice di suo figlio Beletino, e di Yzerino, padre di Margherita e curatore delle figlie del fu Girardo, ordina a Brancarello, tutore di Bertoldo, figlio del fu Beletino, di non ostacolarlo nel possesso dell'uva prodotta dalle vigne poste *ad runcum* della fu Rivana e di pertinenza dei figli e delle figlie del fu Girardo.

Originale, ACR capsula 2 n. 55.

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, p. 24.

Pergamena in ottimo stato di conservazione.

(S) Die veneris .XV. intrante setembri, in platea Arci, presentibus domino Maxiamiano iudice et Barufaldo notario testibus et aliis. Ibique cum^{hhhhhhhh} domina Margarita uxor condam Girardi tamquam tutris Beletiniⁱⁱⁱⁱⁱⁱⁱ sui filii et eius Girardi, et ser Içerinus pater dicteⁱⁱⁱⁱⁱⁱⁱ Malgarite tamquam curator Eliche, Domine et Clare filiarum suprascripti condam Girardi^{kkkkkkkk} dixerint, coram nobis Orico Panceriaⁱⁱⁱⁱⁱⁱⁱ tamquam gastaldione Ripe per dominum Henricum episcopum Tridenti, quod vinee et uva que est in eis iacentes ad runcum condam domine Rivane, quam tenet Brancharelus tamquam tutor Bertoldi filii condam Beletini, pertinet suprascriptis filiis^{mmmmmmmm} et filiabus condam Girardi de iure, si ita est, percipiendi mandamus suprascripto Brancarello et Bertoldo quod se impedire non debeant in uva ipsarum vinearum per hoc presens instrumentum; siⁿⁿⁿⁿⁿⁿⁿⁿ volunt contradicere in hiis et aliquam rationem portare, compareant coram nobis die crastina ante terciam in Ripa^{oooooooo}, postquam^{pppppppp} eis presentata fuerit hec carta, in pena nostri dampni^{qqqqqqqq}.

Millesimo CC LXX nono, indictione septima.

Ego Deo Deodatus^{rrrrrrrr} condam Hengillerii domini Friderici scilicet Romanorum imperatoris notarius interfui rogatus et scripsi.

1279 ottobre 4, Riva, sopra la casa del comune.

Brancarello da Riva, in qualità di tutore di Bertoldo figlio del fu Beletino da Riva, accetta di venire ad un compromesso con i difensori della parte avversa nella causa concernente i diritti legati all'eredità di Beletino.

Originale, ACR capsula 2 n. 93.

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, pp. 46-47.

Pergamena in buono stato di conservazione. Grafia pessima e di difficile decifrazione e numerosi errori di concordanza e di altra natura.

^{hhhhhhhh} Marga cassato.

ⁱⁱⁱⁱⁱⁱⁱ filii cassato.

ⁱⁱⁱⁱⁱⁱⁱ dicte ripetuto.

^{kkkkkkkk} Da tamquam curator a condam Girardi, posto in seguito, dopo la croce di richiamo che segue Panceria, molto probabilmente per un lapsus del notaio, come si può notare, molto "distratto".

ⁱⁱⁱⁱⁱⁱⁱ Una croce indica che qui va inserita la parte aggiunta alla fine del testo, : da gastaldione Ripe a episcopum Tridenti.

^{mmmmmmmm} La s è insolitamente maiuscola e di corpo maggiore per coprire un errore.

ⁿⁿⁿⁿⁿⁿⁿⁿ si ripetuto.

^{oooooooo} ante terciam in Ripa sopra il rigo.

^{pppppppp} posquam nel ms.

^{qqqqqqqq} bamp nel ms. Segue, dopo una croce, la parte omessa in precedenza riguardante la carica istituzionale del Panzera (vedi nota e).

^{rrrrrrrr} Così nel ms.

(S) In Christi nomine. Anno a nativitate Domini millesimo ducentesimo .LXXVIII., indicione VII^a, die quarto intrante octubri, insuper domo comunis Ripe, in presentia domini Bertoldi notarii et domini Aldriçeti domine Marie et alliorum rogatorum testium. Ibique^{ssssssss} Bracarelus de Ripa tamquam tutor^{tttttttt} Bertoldi filii condam Beletini de Ripa presentavit se, presente Ecelino Stadilla de Tridento curatore Eliche et Domine, filiarum condam Gerardi de Vulpo, presente domine Malgarite filie dicti Ecelini tutrice Beletini filii condam Gerardi de Vulpo, dicens se esse paratum cum suo amico Mafeo, presente dicto domino Aldriçeto amico ipsius Ecelini et Malgarite, et facere compositionem, cunsensum et voluntatem dictorum amicorum de questione que abebant inter se de hereditate ipsorum pupillorum et pupillarum; et si non posent^{uuuuuuuu} inter se concordare vel nesirent concordare, quod aciperunt rationem utriusque partis et habeant consilium in Tridento ...^{vvvvvvvv}, et dictus Ecelinus dixit quod si ipsi non posunt inter se concordare quod sint die unum proximum peremptorium, secundum quod ordinatum est per vicarium domini episcopi, Tridenti coram dicto vicario. Ibi dictus Brancarelus dixit quod volebat concordare ad voluntatem ipsorum amicorum.

Ego Riprandinus sacri pallacii notarius interfui et rogatus scripsi.

^{ssssssss} insup nel ms.

^{tttttttt} La parola è frutto di una correzione, un vero e proprio scarabocchio.

^{uuuuuuuu} Lettura incerta.

^{vvvvvvvv} Lacuna di una parola non decifrata.

1282 giugno 12, Trento, nel castello del Buonconsiglio.

Il vescovo di Trento Enrico, arbitro e compositore nella lite scoppiata tra le comunità di Riva, rappresentata in qualità di sindaci del comune dai notai Ezelino di Toco e Nicolò di Luchesia, e quella di Pranzo, rappresentata dai propri sindaci Bonvesino e Buschetino, per il possesso e lo sfruttamento dei monti Englo e Tombio, emette al cospetto dei due sindaci di Pranzo una sentenza confermando il diritto eminente dei Rivani sui monti suddetti e detta le condizioni del compromesso.

Originale, ACR capsula 2 n. 94-a. Nel verso di mano del sec. XIII: «Instrumenta sentencie ... ^{www} illi de Pranzo ...veniam».

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, pp. 47-48.

Tre pergamene in ottimo stato di conservazione, cucite l'una all'altra.

Anno Domini millesimo CC LXXXII, indictione X, die veneris XII intrante iunio, Tridenti, in castro Boniconsilii, in presencia dominorum Maximiani, Çanbonini iudicum, Hanrici de Lytenstain, Gabrielis de Porta et Magenardi filli domini Tridentini de Tridento et alium rogatum testium. In Christi nomine. C[e]ssante diri serpentis astutia et super [veri]tate gratia veritatis, cum questiones n[a]te essent inter syndicos comunis Ripe silicet Ycelinum notarium de Tocho et Nicolaum notarium de Luchesia, et Bonvesinum et Boschetinum syndicos hominum et comunitatis ville Prançi, silicet iniuriarum, atrecium, dampnorum datorum et aliorum plurium questionum, ex quibus et similibus consueverunt anime et corpori agitantium plurime agitantium syndici hominum Prançi coram venerabili patre et domino Henrico Dei gratia episcopo Tridentino, coram quo agitabantur iam dicta, humiliter [pe]tiverunt [quod] modus invenirent per quem possent a predictis [di]scordiis et questionibus desiste[r]e; et quod rigide ceptum erat posset humiliter [et] amicabiliter difiniri; quibus respondentibus sindicis Ripe dictum fuit quod [n]ulla erat via sedandi litigii, nisi syndici et homines ville Prançi se totaliter subicerent mandatis comunis Ripe et ab eo comuni de excessibus per eos factis veniam humiliter postularent. Cumque super hoc fuisset aliquantulum alteratum tandem syndici hominum Prançi respondentes dixerunt quod de hoc et de omnibus aliis questionibus se in manu et cura, protectione domini episcopi comit[e]bant; qui dominus episcopus, audita intentione partium utrarumque, dixit quod se de questionibus amicabiliter seu arbitrabiliter nullas tenus intromiteret, nisi syndici sepedicti hominum ville Prançi cum tota comunitate seu universitate sua se humiliter subiciant mandatis hominum comunis Ripe veniam de excessibus humiliter deposcentes; et alia exponendo capitula, prout in carta conpromissi facta seu factura per manum Çachei notarii infrascripti plenius continetur; quibus auditis syndici hominum Prançi affectuose dixerunt sibi placere quam plurium, nec non syndici comunis Ripe ob reverentiam venerabilis patris superius sepedicti benigne acceptaverunt et sic ibidem, facto conpromissi instrumento in venerabilem patrem superius sepedictum per syndicos sepedictos comunis Ripe et homines Prançi. Idem venerabilis pater et dominus sepedictus tamquam arbiter, arbitrator et amicabilis compositor per bonum pacis et concordie dixit, pronunciavit ac arbitratus est: in primis quod syndici hominum ville Prançi et ipsi homines et universitas ville Prançi a .XIII. annis supra et .LX. annis infra debeant et teneantur sub vexilis vel cruce devote et processionaliter ire et accedere terram Ripe die dominico proximo venturo, ad octo dies ante tertiam, et terram Ripe humiliter introire et se in ecclesia beate Marie virginis parochiali terre Ripe devotissime presentare et eidem honorem et reverentiam exhibere, prout Deus unicuique ministravit; et ibidem precepit domino Iacobo vicario terre Ripe et sindicis dicte terre quatenus penes se, convocatis consilio et singulis hominibus terre Ripe, benigne et decenter recipiant dictos syndicos et homines ville Prançi, videlicet quod dicti syndici cum magna subiectione, plexis genibus, se sternere debeant pro se et hominibus quorum sunt syndici, coram honorabilibus viris, silicet domino Iacobo vicario terre Ripe et sindicis eiusdem terre recipientibus pro se et nomine et vice comunis Ripe, et ab eis veniam humiliter deposcere sic dicendo: «Si quid contra vos vel honorem vestrum minus caute egimus vel laxivia inpellente prorumpimus sive non, de hiis de quibus fama sinistra nos circum strepit, veniam humiliter deposcimus, firmiter confitentes de Dei gratia et honore domini et bonitate vera quod eam obtinebimus indeffesse». Secundum autem preceptum fecit sindicis terre Ripe, silicet quod homines ville Prançi pasculare, capulare, malgare et buschare in monte Hengli et Tombli permitant pacifice et quiete secundum formam, modum et condiciones conprehensos et conprehensas in carta locationis scripta per manum Iohannis notarii continetur, sub anno Domini millesimo ducentesimo undecimo, indictione XIII, die dominico quarto intrante mense septembri, in Ripa, in choro ecclesie Sancte Marie et cetera; et si in instrumento locationis aliquod dubium

vel obscuritas oriretur, eam vel id de consilio sapientum nostre lucidationi seu lucidationi successorum nostrorum reservamus; de postis autem commissis usque in odiernum diem velimus et precipimus quod se ad gratiam et voluntatem sindicorum comunis Ripe subiciant et hoc de spe nostra faciant confidentes, quia circo et certius habemus quod in hoc comune Ripe sic liberale exhibebit quod de duricia non poterunt conqueri homines ville Prançi. Et si in predictis et circa predicta obscuritas vel defectus aliqua vel aliquis apareret nostre potestati vel potestati nostrorum successorum totaliter reservamus, quibus sic peractis, dictus dominus sepedictus petivit a partibus coram sua presentia constitutis, si placebant eis precepta facta per eum et ordinata prout superius continetur; quibus partes, de comuni consensu, responderunt dicentes placet placet et quod autem dictus pater venerabilis sepedictus arbitraliter seu amicaliter preceperat, videns quod ex fonte pietatis nec non et rationis processerat, idem tamquam episcopus, dux, marchio et comes precepit supradicta inviolabiliter custodiri.

(S) Ego Çacheus sacri palatii notarius huic interfui et rogatus scripsi.

1282 giugno 21, Riva, nel borgo, nella chiesa parrocchiale di S. Maria.

Bonvesino e Buschetino da Pranzo, sindaci-procuratori della comunità e della *villa* di Pranzo, con altri uomini di Pranzo, giunti con la croce alla chiesa parrocchiale di S. Maria di Riva e, al cospetto di Giacomo *de la Dona*, vicario in Riva per il vescovo di Trento Enrico, e dei notai Ezelino di Toco e Nicolò di Luchesia, sindaci-procuratori della comunità di Riva, presente nella chiesa la maggior parte dei rivani, inginocchiatisi, chiedono perdono per ogni offesa arrecata dagli uomini di Pranzo alla comunità di Riva e ad ogni singolo rivano.

Originale, ACR capsula 2 n. 94-b. Nel verso di mano del sec. XIII: «Carte super ...um illorum [de] Prançio»; in seguito di altra mano sempre del sec. XIII: «Qualiter homines de Pranzo fecerunt reverentiam hominibus de Ripa».

(S) Anno Domini millesimo ducentesimo LXXXII, indictione decima, die dominico decima exeunte iunio, in burgo Ripe, in ecclesia parochialis beate Sancte Marie Virginis, in presentia domini Iohannis iudicis de Cavedeno, domini Adelpreti iudicis de Tridento, Stefani qui moratur in castro Tenni, Nicolai templerii de Tridento, Alberti filii condam domine Nide de Tridento, Spere^{xxxxxxxx} de Logoso, Petri aputio de Ledro, Çenarini notarii de Tenno et alium testium rogatorum. Ibique Bonvesinus et Buschetinus de Pranço sindici et procuratores hominum et comunitatis vile et terre Prançi pro se et nomine et vice tocus comunitatis seu universitatis vile Prançi et hominum terre Prançi ac ipsis presentibus vel maiori parte qui de Pranço cum cruce venerant ad ecclesiam supradictam, coram domino Iacobo de la Donna vicario [con]stitut[o] in Ripa per dominum Henricum venerabilem episcopum Tridentinum et coram dominis Eçelino notario de Tocho et Nicolao Luchesie sindicis et procuratoribus hominum et comunitatis terre Ripe ac presente dicta comunitate terre Ripe vel maiori parte in dicta ecclesia constituta, venerunt predicti sindici^{yyyyyyyy} de Pranço et se presentaverunt coram predicto domino vicario et coram sindicis et procuratoribus predictae terre ac Ripe comunitatis^{zzzzzzz} superius nominatis, veniam flexis genibus petentes et inplorantes a predictis dominis vicario et sindicis comunitatis Ripe prenomatis e a dicta Ripe comunitate pie, benigne et devote et de omni offensa et iniuria illata vel facta per homines terre Prançi tam singulariter quam universaliter vel per eos syndicos versus universitatem vel singularitatem hominum^{aaaaaaaa} terre et comunitatis Ripe usque ad hunc hodiernum presentem diem. Iuxta preceptum et ordinamentum factum per dominum Henricum venerabilem episcopum Tridentinum, arbitrum et arbitratorem et amicabilem compositorem inter predictas comunitates et earum syndicos prelibatos, dicentes et aserentes predicti Bonvesinus et Buschetinus de Pranço pro se et pro dicta comunitate Prançi quod volunt stare et permanere ad voluntatem et preceptum sindicorum et comunitatis Ripe de omni eo quod eis ofendissent, si reperiretur usque ad hunc presentem diem ad spem et fiduciam et voluntatem domini episcopi prelibati, de ipsius benignitate ac Ripe comunitatis confisi, secundum quod ipse dominus episcopus precepit et ordinavit, et quod volunt attendere preceptum et ordinamentum predicti domini episcopi Tridentini; qui domini Eçelinus notarius de Tocho et Nicolaus notarius Luchesie tamquam sindici et procuratores comunitatis Ripe pro se et pro dicta comunitate Ripe ac hominibus eiusdem responderunt dicentes: «Nos recipimus vos syndicos de Pranço et pro receptis vos bene habemus, secundum tenorem instrumenti scripti manu Çachei notarii nuper lecti et secundum preceptum et

^{xxxxxxxx} Inizialmente Sepere ma poi la prima e cassata con due punti, uno sopra e uno sotto la lettera.

^{yyyyyyyy} sindi nel ms.

^{zzzzzzz} pre cassato

^{aaaaaaaa} hominum sopra il rigo

ordinamentum factum per dictum dominum Henricum episcopum Tridentinum, ut in predicto legitur instrumento». Et ibidem incontinenti predicti domini Eçelinus et Nicolaus syndici comunis Ripe quesiverunt predictis Buscheto et Bonvesino sidicis de Pranço si ipsi volebant stare instrumento conpromisi scripto manu Çachei notarii de Tridento eis ibidem perlecto et atendere precepta et ordinamenta facta per dominum Henricum episcopum supradictum, ut in dicto continetur instrumento; qui Bonvesinus et Buschetus syndici de Pranço dixerunt et responderunt quod pro se et dicta comunitate Prançi bene volebant stare instrumento predicto et ordinamenta et precepta dicti domini episcopi integraliter conservare.

Ego Delavancius sacri pallatii notarius de Tridento huic interfui et rogatus scripsi.

1286 settembre 6, Riva, sotto la casa del comune.

Il notaio Azolino di Toco da Riva, sindaco-procuratore della comunità di Riva, dichiara di aver avuto da Giovanni del fu Baxeto da Pranzo 10 lire di piccoli veronesi; ricevute le quali gli restituisce un bue e una vacca, che erano state pignorate allo stesso Giovanni dagli uomini di Riva quale sanzione per le infrazioni da lui commesse pascolando, facendo legna, *frattando* e segando sui monti Englo e Tombio.

Originale, ACR capsula 2 n. 94-c.

(S) In Christi nomine. Anno Domini millesimo ducentesimo LXXXVI, indictione XIII, die VI setembris, Ripe, sub domo comunis, in presentia domini Petri ab Oleo de Brixia, Manere de Leudro et alium testium. Ibi dominus Açolinus Tochi de Ripa notarius tamquam syndicus et procurator comunitatis et hominum terre Ripe, contentus et confessus fuit se recepisse et habuisse a Iohanne condam Baxeti de Pranço, qui Iohannes, in dictorum testium presentia, eidem domino Açolino sindaco solvit, nomine dicti comunis terre Ripe, de postis et condempnationibus, in quas ydem Iohannes ceciderat in monte Engli et Tombli pasculando, buscando, frattando et segando in dicto monte Engli et Tombli contra statuta et ordinamenta comunis et hominum terre Ripe, .X. libras Veronensium parvorum; pro quibus .X. libris contentus fuit se recepisse ydem Iohannes et habuisse duos suos boves, silicet unum bovem et unam vacham, quos boves ipsi homines Ripe acceperant in monte Hengli et Tombli nomine pigneris; de quibus postis **huncusque** per dictum Iohannem comissis ydem dominus Açolinus absolvit eundem Iohannem, salvo quod si reperiretur dictum Iohannem plus teneri dicto comuni de postis et conde[m]pnationibus ad arbitrium consilii reservavit.

Ego Libanor de Ripa sacri pallatii notarius hiis interfui et rogatus scripsi.

1282 ottobre 12, Trento, nel palazzo vescovile.

In seguito alla denuncia inoltrata da Fiordigemma, moglie di Francesco detto 'Trentinazzo', al tribunale vescovile, nella quale chiedeva di riavere dal marito, accusato di dissipare il denaro nelle taverne ed in impegni di fideiussione, la sua dote di 55 lire di denari piccoli veronesi e la sua donazione di 27 lire e mezzo, Riprando di Gonselmo, giudice del vescovo di Trento Enrico, condanna detto Francesco Trentinazzo a risarcire alla moglie la somma da lei richiesta, più 3 lire per le spese processuali.

Originale, ACR capsula 2 n. 34.

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, p. 15.

Pergamena in discreto stato di conservazione. Una slabbratura sul margine destro per un terzo dell'altezza impedisce la lettura integrale di alcune parole e una macchia di umidità nella parte centrale delle prime 3 righe.

(S) In Christi nomine. «Ego Riprandus de domino Gonselmo, faciens racionem per dominum Henricum venerabilem episcopum Tridentinum, cognoscens causam vertentem inter dominam Flordiemam uxorem Francischi qui Trintinaçus dicitur de Ripa ex una parte et dictum Franciscum Trintinaçum ex altera se defendentem; in qua quidem causa petebat ipsa domina Flordiemam a dicto viro suo Francisco quod ei dare deb[et] quinquaginta quinque libras denariorum Veronensium parvorum pro eius dote et XXVII. libras et dimidiam pro eius d[ona]cione. Quam dotem ipse Franciscus abuit et recepit a dicta domina Flordiemam ad p...^{bbbbbbbbb} medietatis donacionis, cum ipse Franciscus male faciat facta sua et malo modo dis[ipan]do bona sua per tabernas et pro fideiusoriis et cum non abeat in bonis unde possit sibi sa[tis]facere de dicta eius dote et donacione et dictam dotem et donacionem posset amittere ocasionibus [su]prascriptis nisi de ipsa provideret. Respondebatur per dictum Franciscum qui Trintinaçus dic[itur] quod eidem sue uxori libenter solveret dictam dotem et donacionem si aberet unde posset ei so[lvere], et ei solvere non vult quia non potest, confitendo quod facit et fecit male facta sua occasione fideiusoriarum, in quibus intercessit pro malis debitoribus et similiter disipando malo modo bona sua per tabernas. Hoc facto et dato sacramento ambabus partibus et ab eis prestito quod ita verum erat, ut superius dixerunt, visis racionibus et alegacionibus utriusque partis et carta dotis et donacionis introducta et testibus introductis per dictam Flordiemam et diligenter inspectis et abito super his sapientis consilio, talem in scriptis profero sentenciam, quia per sentenciam condempno dictum Franciscum qui Trintinaçus dicitur presentem in dictis .LV. libris Veronensium pro dote predicta et in XXVII. libris et dimidiam pro donacione dandis et solvendis dicte d[omine] Flordieme hinc ad VIII. dies proximos venturos, et quia victus victori condempnatus est in expensis, et quia constat mihi iudici quod dicta domina Flordiemam in hac causa expendiderat III. libras Veronensium per sentenciam, condempno dictum Franciscum presentem in dictis III. libris Veronensium dandis et solvendis dicte domine Flordieme usque ad suprascriptum terminum, tali modo et tenore quod si ipse Franciscus non solveret ei dictam donacionem et dotem et III. libras expensarum ad suprascriptum terminum, ut superius pronuntiavi, quod ex nunc ei domine Flordieme do tenutam mandando sentenciam executivam de bonis et super bonis dicti Francischi Trintinaci valentibus dictam dotem et donacionem et III. libras expensarum et expensis factis et facturis, primo de mobilibus, secundo de immobilibus, tercio de actionibus, salva racione omnium hominum, et comito uni viatori curie Tridenti vel pluribus que vos ipsa domina Flordiemam accipere voluerit qui ei dent dictam tenutam».

Hec^{ccccccccc} sententia lata est per suprascriptum assessorem sub anno Domini M^o.CC^o. LXXXII., indictione decima, die lune XII. intrante octubri, Tridenti pallacio episcopatus, in presencia Stephanini, Riprandi et Bertolamei notariorum et aliorum testium.

Ego Thomasius filius condam Hermani tabellionarii domini Federici imperatoris notarius recitationi huius sentencie interfui et ipsam mandato suprascripti assessoris autenticaui et in publicam^{ddddddddd} formam redegi et me subscripsi.

1282 ottobre 27, Riva, sotto la casa di Rivano.

^{bbbbbbbbb} Lacuna di una parola, forse petitionem.

^{ccccccccc} Hac nel ms.

^{ddddddddd} plublicam nel ms.

Griono, nunzio della curia trentina, comunica al notaio Trentino da Riva, che, per ordine di Ritrando di Novello, giudice a Trento del vescovo di Trento Enrico, Fiordigemma, moglie di Trentinazzo da Riva, il quale ora risiede a Trento, ha diritto di entrare in possesso di alcuni appezzamenti di terra situati nel territorio di Riva e posseduti dallo stesso Trentinazzo: un orto posto fuori Porta Montanara, una terra *greza* in località *Busedo* e due vigneti, uno a S. Nazzaro e l'altro all'Albola.

Originale, ACR capsula 2 n. 46.

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, pp. 19-20.

Pergamena in buono stato di conservazione. Una cucitura verticale di 5 cm. inizia all'altezza dell'ottava riga e interessa sette righe.

In Christi nomine. Anno Domini millesimo CC LXXXII, indictione X, die V exeunte octubri, in Ripa, sub domo Rivani, presentibus ipso Rivano, ser Petro barberio, eius filio Gerardo atque Bertolo et aliis testibus. Ibique Grionus viator curie Tridenti contentus stetit mihi notario infrascripto dicens se ex precepto et commissione domini Ritrandi Novelli facientis rationem in Tridento per dominum Henricum venerabilem patrem episcopum Tridenti possuisse in tenutam dominam Flordegemam uxorem Trentinaçii de Ripa qui nunc moratur in Tridento de una pecia terre ortalive iacente in plebatu Ripe extra Portam Montenariam; coheret ei^{eeeeee} ab uno latere via comunis, ab alio latere Sdernatus, ab alio capite heredes Pantani; et de una pecia terre^{mmmm} greçe que iacet ad Busedum, cui coheret ab uno capite Delaydus notarius, ab alio via comunis et ab alio Michael; et de una pecia terre vidate que iacet ad Sanctum Naçarium, ab uno capite via comunis et a duobus capitibus Pelegrinus; et de una pecia terre vidate que iacet ad Albulam, coheret ei a mane via, a meridie comune, ab alio capite Michael et forte alii, que sunt de bonis dicti Trentinaçii **capient** de terra, vitibus et de aliis arboribus, nomine et vice omnium suorum bonorum valentium LV libras Veronensium parvorum pro capit[e] dotis sue et de aliis expensis, salva racione omnium hominum.

Ego Trentinus de Ripa notarius comitis Lodovici Verone hiis interfui et rogatus scripsi.

^{eeeeee} a mane cassato.

^{mmmm} a mane cassato.

1283 novembre 9, Riva, nella casa dei preti.

Marco, arciprete della chiesa di S. Maria di Riva, e altri chierici della pieve concedono in locazione per 29 anni a Bonaventura, figlio del fu Benvenuto dal Ponte da Arco, un appezzamento di terra arativa posto nel territorio di Arco, in località detta *Ad Coredium*, al canone annuo di mezza galeta di frumento, da consegnare nel giorno della festa di S. Maria di metà agosto.

Originale, ACR capsula 2 n. 83-a.

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, p. 37-38.

Pergamena in buono stato di conservazione. Slabbratura poco estesa lungo il margine inferiore destro.

(S) In Christi nomine. Anno Domini millesimo .CC. LXXXIII., indictione XI^a, die nono intrante novembri, in burgo Ripe^{eeeeeeee}, in domo infrascriptorum presbiterorum, presentibus domino Gratiadeo presbitero, domino Albertino de Malcoredo, Nicolao olim clerico plebis Arci atque Saynbeno qui moratur^{hhhhhhhh} cum infrascriptis presbiteris et aliis testibus. Ibique dominus Marcus archipresbiter Sancte Marie plebis de Ripa, dominus Basalicon presbiter eiusdem plebis, Franciscus, Bregogna et Leo eorum confratres, ipsi pro se et dicta plebe nomine locationis et conductionis hinc ad proximos XXVIII annos, ad meliorandum et ad renovandum semperⁱⁱⁱⁱⁱⁱⁱ in capite dictorum XXVIII annorum, ita quod infrascriptus conductor et eius heredes investituram petere teneantur, investiverunt Bonaventuram filium condam Benevenuti de Ponte de Arco de una pecia terre aratorie iacente in plebatu Arci, in loco ubi dicitur ad Coredium, apud heredes Omneboni, viam comunem, heredes Orlandini et Pelegrinum, tali modo quod ipse conductor et eius heredes habere et tenere debeant a dictis locatoribus et suis successoribus dando et reddendo anuatim fictum ac Ripe ad domum eorumdem conducendo semper in festo sancte Marie de medio agosto dimediam galetam boni, pulcri et sici frumenti alioquin infra octavam induplet, et si dictus conductor vel eorumⁱⁱⁱⁱⁱⁱⁱ heredes per totum an[um] non atenderit omnia predicta et singula quod a iure locationis cadat; liceat conductori et suis heredibus ius suum vendere, donare, pro anima iudicare quibus voluerit, exceptis servis, militibus, iudeis et locis religiosis, set si ius suum vendere voluerit, primo locatoribus et eorum successoribus denuntiare debet, et eis volentibus emere .X. solidis Veronensium minus dare debet de eo quod in veritate ab aliis^{kkkkkkkk} habere potest, et e converso dicti locatores et eorum successores si vendere seu cambiareⁱⁱⁱⁱⁱⁱⁱ voluerint, denuntiare debent locatori et suis heredibus, ut dictum est superius, et si emere noluerit .XXX. dierum denuntiatione premissa, vendant quibus voluerint, exceptis supradictis locis et personis, set ipse conductor det et vendat tali persone que bene atendat omnia supradicta, quod si non atenderit, ipse conductor de suo solvere teneatur; promiserunt autem dicti locatores pro se et suis successoribus dictam locationem defendere, warentare et expedire suis propriis expensis ab omni persona cum racione sub obligatione omnium suorum bonorum presentium et futurorum et dicte plebis, dando ei verbum et licentiam intrandi tenutam et corporalem possessionem^{mmmmmmmm} de dicta locatione.

Ego Trentinus de Ripa notarius comitis Lodovici Verone hiis interfui et rogatus scripsi.

1284 febbraio 1, Riva, nella casa dei preti.

Marco, arciprete della chiesa di S. Maria di Riva, e altri chierici della pieve concedono in locazione per 20 anni a Eleuterio da Arco, abitante nella contrada Stranfora, un appezzamento di terra arativa situato nel territorio di Arco, in località *Zentegram*, presso un sentiero, al canone annuo di mezza galeta di segale, da versarsi entro la festa di S. Michele.

Originale, ACR capsula 2 n. 83-b.

^{eeeeeeee} Ripa nel ms.

^{hhhhhhhh} con cassato.

ⁱⁱⁱⁱⁱⁱⁱ seper nel ms.

ⁱⁱⁱⁱⁱⁱⁱ Intendi eius.

^{kkkkkkkk} al cassato.

ⁱⁱⁱⁱⁱⁱⁱ b frutto di correzione su un 'originaria p.

^{mmmmmmmm} et cassato.

(S) In Christi nomine. Anno Domini millesimo .CC.LXXXIII., indictione XII^a, die primo februarii, in burgo Ripe, in domo infrascriptorum presbiterorum, presentibus domino Gratiadeo presbitero qui moratur in suprascripta plebe et Nicolao de Arco, Iohanne de Mendessa de Ripa atque Saynbeno qui moratur cum infrascriptis presbiteris et aliis testibus. Ibique Marcus archipresbiter Sancte Marie plebis de Ripa, dominus Basalicon presbyter dicte plebis, Franciscus, Bregogna et Leo eorum confratres, ipsi pro se et dicta ecclesia nomine locationis et conductionis hinc ad proximos .XX. annos, ad meliorandum et non peliorandum, investiverunt Eleuterium de Arco de Strayfora de una pecia terre aratorie iacente in plebatu Arci, in loco ubi dicitur Çentagram, coheret ei a mane unum senterium, a sero et a nulliora dictus conductor et a meridie heredes Vivioni de Canipa, et forte alie coherentie, tali pacto et ordine quod dictus conductor et eius heredes habere et tenere ac bene laborare debeant dictam locationem a dictis locatoribus et suis successoribus, dando et reddendo anuatim fictum ac Ripe ad domum eorumdem conductorum semper in festo sancti Micaelis dimediam galetam bone, pulcre et sice siliginis, alioquin infra octavam induplet, et si per totum annum non atenderit omnia et singula supradicta quod a iure locationis cadantⁿⁿⁿⁿⁿⁿⁿⁿⁿⁿ; liceat dicto conductori et eius heredibus ius suum vendere, donare, pro anima iudicare quibus voluerit, exceptis servis, militibus, iudeis et locis religiosis, set si ius suum vendere voluerit, primo locatoribus et eorum successoribus denunciare debet et eis volentibus emere .X. solidis Veronensium minus quam alii det de eo quod in veritate ab aliis habere potest, et e converso dicti locatores eidem conductori denunciare et dare debent, et si emere noluerint .XXX. dierum denuntiatione premissa, vendat quibus voluerit, exceptis supradictis locis et personis. Promiserunt quoque dicti locatores pro se et suis successoribus et dicta plebe dicto locatori et suis heredibus dictam locacionem ab omni persona cum racione defendere, warentare suis propriis expensis, dando dicto conductori licentiam intrandi tenutam de dicta locacione.

Ego Trentinus de Ripa notarius comitis Lodovici Verone hiis interfui et rogatus scripsi.

Marco, arciprete della chiesa di S. Maria di Riva, e altri chierici della pieve concedono in locazione per 29 anni a Giovanni, figlio de fu Ocalino da Arco, due appezzamenti di terra arativa situati nel territorio di Riva, in località detta *Ad Cleras* (confinanti con la proprietà degli *infirmi* di S. Tommaso), al canone annuo di una galeta di segale, da consegnare nel giorno della festa di S. Michele.

Originale, ACR capsula 2 n. 83-c.

(S) In Christi nomine. Anno Domini millesimo .CC.LXXXIII., indictione XII^a, die XIII intrante februario, in burgo Ripe, in domo infrascriptorum presbiterorum, presentibus pre Gratiadeo presbitero, Nicolao de Arco, domino Petro filio domini Benevenuti de Ripa atque Sainbeno qui moratur cum infrascriptis presbiteris et aliis testibus. Ibique Marcus archipresbiter Sancte Marie plebis Ripe, dominus Basalicon eiusdem plebis presbiter, Franciscus, Bregogna^{oooooooo} et Leo eorum confratres, ipsi pro se et dicta ecclesia nomine locationis et conductionis hinc ad proximos XXVIII annos, ad meliorandum et non peliorandum et ad renovandum semper in capite XXVIII annorum, ita quod ipse coductor et eius heredes investituram petere teneantur, investiverunt Iohannem filium condam Ocalini de Arco de duabus peciis terre iacentibus in plebatu Ripe, in loco ubi dicitur Ad Cleras; coheret uni ab uno latere infirmi, ab alio domina Cresenda de Arco, ab alio fosatum comunis et ab alio quidam de Gavacio; coheret alteri versus mane et meridie via comunis, versus sero infirmi et versus nulliora heredes Çiraldini, et forte alii; tali modo quod ipse conductor et eius heredes habere et tenere [de]beant a dictis locatoribus et suis successoribus, dando et reddendo anuatim fictum ac^{pppppppppp} ad domum eorumdem conductorum semper in festo sancti Micaelis unam galetam bone, pulcre et sice siliginis, alioquin infra octavam i[nduplet], et si dictus conductor vel eorum heredes per totum annum [non atenderit]^{qqqqqqqqqq} omnia et singula supradicta quod a iure locationis cada[nt]; [liceat] conductori et suis heredibus ius suum vendere, donare, pro anima iudicare quibus voluerit, exceptis servis, [militibus], iudeis et locis religiosis, set si ius suum vendere voluerit, primo locatoribus et eorum successoribus denunciare [debet] [et] [eis] volentibus emere .X. solidis Veronensium parvorum minus quam alii det de eo quod in veritate ab aliis habere potest, et e converso dicti locatores ei[dem conductori] denuntiare debent, ut dictum est superius de conductore, et si emere noluerint .XXX. dierum denuntiatione

ⁿⁿⁿⁿⁿⁿⁿⁿⁿⁿ Leggi cadat. Continua è l'alternanza tra singolare e plurale.

^{oooooooo} Bregnogna nel ms.

^{pppppppppp} Nei due precedenti atti segue Ripe qui omissio.

^{qqqqqqqqqq} non atenderit (presente nei due atti precedenti) omissio per lapsus dal notaio.

premissa, ven[dat] [quibus] voluerit, exceptis supradictis locis et personis, set det et vendat tali persone que bene atendant omnia supra[dicta], [et] [si] non atenderit quod ipse conductor de suo solvere teneatur; promiserunt autem dicti locatores pro se et suis successoribus [dicto locatori] dictam rem locatam ab omni persona defendere cum ratione sub obligatione omnium suorum bonorum presentium et futurorum et dicte ec[clesie], [et] per eum se possidere manifestaverunt, dando sibi licentiam inrandi tenutam et corporalem possessionem dictarum [locacionum].

Ego Trentinus de Ripa notarius comitis Lodovici Verone hiis interfui et rogatus scripsi.

1284 febbraio 21, Trento, in Borgonuovo, davanti alla casa di Pietro di Seiano.

Elica, moglie del fu Bontempino pellicciaio, concede in locazione per 6 anni a Fiordigemma un appezzamento di terra con viti e 'alberi' posto *in Rovazeto* per un canone annuo della metà del vino prodotto.

Originale, ACR capsula 2 n. 22.

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, p. 10.

Pergamena in buono stato di conservazione.

(S) Anno Domini millesimo CC LXXXIII, indictione XII, die VIII exeunte ferbuario, in Tridento, in Burgo Novo, ante domum domini Petri de Seiano, in presentia Nicolai de Porta et Benevenuti condam Agacole et Tridentini de [B]eladoma[ce] de Burgo Novo, Viviani qui [fu]it de Gardumo et alium testium rogatorum. Ibique domina Elica uxor condam Bontempini piliçarii, nomine locationis hinc ad sex anos proximos elapsos investivit dominam Flordiemam uxorem Trintinaçi presentem de una sua pecia tere vineate iacente in Rovaçeto, ab una domina Leba, ab alia Donadeus, ab alia via comunis et forte alie sunt chierentie, tali pacto fecit ei dictam locacionem quod de cetero ipsam Flordiemam dictam peciam terre vineate cum vineis et arboribus et cum omnibus suis racionibus et actionibus habere et tenere debeat ad bene laborandum et non peliorandum, secundum laborerium omnem boni laboratoris, dando et representando ipse domine Elice medietatem tocius vini brascati, pacto expreso inter eos abito quod ei deus dederit vel abuerit de dicta pecia tere in eadem pecia tere, et de alia medietate dicti vini et de tota blava quarum abuerit in dicta pecia tere dicta Flordiemam faciat totam suam voluntatem et sic predicta domina Elica pro se et heredibus suis promisit dicte Flord[ie]me pro se et heredibus suis, per stipulacione[m], defendere et varentare ab omni [persona] cum racione sub obligacione omnium suorum bonorum et dedit ei verbum et licentiam sua auctoritate intrandi tenutam et posesionem corporalem et pro ea se poside mani^{mmmmmm} et eius inter dicto [de]siit posidere.

Ego Coradus sacri palacii notarius interfui rogatus et scripsi.

^{mmmmmm} Così nel ms. Forse per posidere manifestavit.

1284 luglio 12, Riva, sotto la casa del comune.

Alla presenza di Adelpreto, vicario a Riva per Uto, podestà di Riva per Mainardo conte del Tirolo, Fiordigemma, moglie di Francesco da Riva, abitante a Trento, si dichiara pronta a difendere il proprio diritto di proprietà su due vigneti e un orto posti nel distretto di Riva, diritto concessole dalla curia trentina.

Originale, ACR capsula 2 n. 43.

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, pp. 18-19.

Pergamena in discreto stato di conservazione. Slabbratura estesa per tre righe nella parte centrale del margine sinistro.

(S) In Christi nomine amen. Anno eiusdem millesimo .CC.LXXXIII., indictione .XII., die .XII. intrante iulio, in Ripa, sub domo comunis, presentibus Iacobino filio condam *** sssssssss, Bertolameo tttttttt de Pasironis et uuuuuuuuuu magistro Rubeo vvvvvvvvvv de Ripa. Ibique coram domino Adelpreto vicario in Ripa per dominum Utonem potestatem wwwwww Ripe per dominum Mainardum comitem Tirolensem venit domina Flordegema uxor Francisci de Ripa habitatoris Tridenti, protestavit et protestando dixit quod para[ta] xxxxxxxxxx erat defendere duas pecias terre vitate et unum ortum que iacent in pertinentiis Ripe; una quarum est in loco ubi dicitur ad Sanctum Laçarium, cuius tales sunt confines: ab uno latere possident heredes condam Benedicti, [ab alio] yyyyyyyyyy Pelegrinus cui Maltenutus dicitur, a tercio est via comunis; alia est in loco ubi dicitur [ad Ysclam] zzzzzzzz, cuius tales sunt confines: a duobus lateribus est via comunis, ab alio possidet [Riv]anus aaaaaaaaaa filius Mascici; ortus est bbbbbbbbbb in loco ubi dicitur Extra Portam Montenariam, cuius tales sunt confines: ab uno latere possidet Lundus, ab alio heredes condam Pantani, a tercio cccccccccc Bonaventura cui Sdernatus dicitur, a quarto est via comunis; ab omni persona que ei petere vellet tamquam res suas dddddddd et tamquam res que ei date sunt pro dotibus suis in coria eeeeeeeeee Tridenti.

Ego Simon de Ripa notarius domini Lodovici comitis Verone hiis omnibus interfui et rogatus scripsi.

ssssssss Spazio bianco, lacuna della paternità.

tttttttt Btolameo nel ms.

uuuuuuuuu g cassato.

vvvvvvvvv Rubeo nel ms.

wwwwwwwww pot frutto di correzione su un originario per.

xxxxxxx para nel ms.

yyyyyyyyy Lacuna dovuta alla slabbratura colmata sulla base della formula usata successivamente nell'indicare i confinanti.

zzzzzzzz Lacuna del toponimo colmata sulla base del doc. n. 65, dove è indicato il medesimo appezzamento di terra.

aaaaaaaaa Lacuna di frammento del nome del confinante colmata sulla base del doc. n. 64, dove è indicato il medesimo confinante.

bbbbbbbbb illo cassato

ccccccccc ater .a. tercio nel ms.

ddddddddd rem suam corretto in res suas.

eeeeeeeee Così nel ms.

1284 luglio 18, Trento, nel palazzo vescovile.

Il giudice Bondo, vicario di Mainardo conte del Tirolo e di Gorizia, ingiunge al nunzio di Riva Ezelino di assistere Fiordigemma, moglie di Trentinazzo, nell'entrare in possesso di tre appezzamenti di terra posti nel territorio di Riva - due vigneti, uno in località Ischia 'di Mezzo', l'altro a S. Lazzaro (oggi località S. Nazzaro), e un orto nella zona denominata 'agli Orti', i quali sono stati requisiti a Trentinazzo e venduti a Fiordigemma dal vicario vescovile stesso.

Originale, ACR capsula 2 n. 58.

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, p. 25.

Pergamena in discreto stato di conservazione. Piccola slabbratura nella parte inferiore del margine destro e due cuciture di circa 4 cm. (una verticale lungo la parte superiore del margine destro, l'altra trasversale in prossimità del nome del notaio rogatario), operate prima della scrittura.

(S) Anno Domini .M°.CC°.LXXXIII°. indictione XII^a, die ~~mmmmmm~~ martis XIII^o exeunte iulio, Tridenti, pallacio episcopatus, in presentia Bertolamei notarii et Henrigeti de Verona et Ancii caliarii et aliorum testium. Ibique dominus Bondus iudex vicarius domini Mainardi comitis Tirolensis et Goritie, advocati ecclesiarum Tridentine, Aquilegiensis et Brixinensis, ad dandum tutelas et curas adultis et minoribus et ad faciendum vendiciones pro secundo decreto pro curia Tridentina, comisit Ecelino viatori de Ripa quod ipse ponat in tenutam et possessionem Flordiemam ~~eeeeeeeeee~~ uxorem Trintinaci de duabus peciis terre vineate et una ortaliva iacentibus in pertinenciis Ripe, de quibus ei Flordieme data et facta est vendicio per ipsum vicarium in preiudicio Trintinaci sui viri; una quarum vineatarum iacet ad Isclam de Medio, apud heredes condam Mas[i]ci, alia iacet ad Sanctum Laçarium, apud heredes condam Benedicti, tercia ortaliva iacet ad Ortales, apud heredes condam Michaelis de Bondo; et hoc faciat salva racione omnium hominum pro dote et donacione ipsius Flordieme ***~~hhhhhhhhhh~~ vel suum procuratorem.

Ego Thomasius filius condam Hermani tabelionarii domini Federici imperatoris notarius interfui et rogatus scripsi.

~~mmmmmm~~ Parola cassata

~~eeeeeeeeee~~ Froldiemam nel ms.

~~hhhhhhhhhh~~ Lacuna di una o due parole che non so a cosa possa corrispondere visto che non ho compreso nemmeno il significato delle parole che seguono

1284 ottobre 19, Trento, nel palazzo vescovile.

Giovanni da Cavedine, giudice, vicario e assessore di Mainardo conte del Tirolo, emette una sentenza nella causa vertente tra Fiordigemma, moglie di Francesco detto 'Trentinazzo', e Gambono da Riva, e ordina a quest'ultimo di non impedire Fiordigemma nel possesso di tre appezzamenti di terra posti nel territorio di Riva: due vigneti, uno all'Ischia, l'altro a S. Nazzaro, e un orto 'agli Orti di Riva, fuori Porta Montanara'.

Originale, ACR capsula 2 n. 73.

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, pp. 31-32.

Pergamena in ottimo stato di conservazione.

(S) In Christi nomine. Ego Iohannes de Cavedeno iudex, vicharius et assessor domini Mainardi comitis Tirolis nec non ecclesiarum Tridenti, Aquilegie et Prixine advocati, cognoscens causam vertentem inter Flordiemam uxorem Trintinaçi mulaterii ex una parte agentem et petentem nec non et inter Gambonum de Ripa ex altera se defendentem; in qua quidem causa petebat dicta Flordiemam a dicto vichario quod ipsam Flordiemam deberet manutenereⁱⁱⁱⁱⁱⁱⁱ in tenuta et possessione infrascriptarum terrarum, de quibus posita fuerat in tenuta et possessione per curiam Tridenti pro eius dote et donacione, et quod preciperet dicto Gambono ne ipsam Flordiemam impediret nec molestaret in tenuta et possessione infrascriptarum terrarum, cum de ipsis fuerat in tenuta et possessione occasione venditionis ei facte per dictam curiam Tridenti; que pecie terre iacent in pertinentiis Ripe, quarum una est vineata et iacet in loco ubi dicitur ad Yslam, cui coheret ab una parte Rivanus filius Massici, ab aliis duabus partibus via comunis; secunda pecia est vinea et iacet ad Sanctum Laçarum, ab una parte heredes condam Benedicti et ab alia Pelegrinus Maldentus, a tercia parte via; tercia est ortaliva et iacet ad Ortales Ripe extra Portam Montanaram, cui coheret ab una parte Lundus, ab alia heredes condam Pantani, a tercia parte Bonaventura Sdernatus, a quarta parte via comunis; ex adverso respondebatur per dictum Gambonum quod nolebat quod ei faceret dictum preceptum negando narata vera esse. Unde cum hec et alia ab utraque parte dicerentur et alegarentur, demum visis, auditis et cognitis rationibus et alegacionibus utriusque partis et pactis et testibus a partibus introductis et diligenter inspectis, habito quoque super hiis cum deliberacione sapientis consilio, videlicet domini Odorici Tocii iudicis, talem in scriptis profero sentenciam absente dicto Gambono et legitime citato; cuius absentia [r]epleatur Dei presencia, quia per sentenciam dico et precipio di[cto] Gambono quod de cetero non debeat impedire nec molestare in tenuta et possessione suprascriptarum peciarum terrarum ipsam Flordiemam, cum ipsa sit legitime in possessione suprascriptarum peciarum terrarum; et de expensis nichil dico cum iustam habeant causam litigandi.

Lata est hec sentencia sub anno Domini millesimo .CC.LXXXIII., indictione .XII., die iovis .XIII. exeunte octubri, Tridenti, in palatio episcopatus, presentibus Martino, Petro, Nicolao notariis et aliis. Et dictus vicarius non rediit heri ius propter festum sancti Luche.

Ego Riprandus condam Gandolfini cerdonis sacri palatii notarius interfui recitacioni huius sentencie et de mandato suprascripti vicarii autenticavi et in publicam formam redegi et rogatus scripsi.

ⁱⁱⁱⁱⁱⁱⁱ manutene *nel ms.*

